

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Terenti Varronis de lingua latina libri

Varro, Marcus Terentius

Berolini, 1885

Liber V

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5449](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5449)

M. TERENCE VARRONIS
DE LINGVA LATINA

DE DISCIPLINA ORIGINVM VERBORVM AD CICERONEM

LIBER IIII EXPLICIT . INCIPIIT

LIBER V.

1. Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in lin- § 1
gua latina, sex libris exponere institui. De his tris ante hunc (p. 12 Sp.¹)
feci quos Septumio misi, in quibus est de disciplina, quam
vocant *ἔτυμολογικήν*; quae contra eam dicerentur, volumine
5 primo; quae pro ea, secundo; quae de ea, tertio. In his ad
te scribam, a quibus rebus vocabula imposita sint in lingua
latina et ea quae sunt in consuetudine *** apud poetas. Cum § 2
unius cuiusque verbi naturae sint duae, a qua re et in qua (p. 13 Sp.¹)
re vocabulum sit impositum, itaque a qua re sit Pertinacia
10 cum quaeritur, ostenditur esse a pertendendo; in qua re sit
impositum, dicitur cum demonstratur, in quo non debet per-
tendi et pertenditur, Pertinaciam esse, quod in quo oporteat
manere, si in eo perstetur, Perseverantia sit: priorem illam

F. fol. 2 M. Terenti . . . terra et

M. TERENCE . . . LIBER V] sic F. de ceteris libris vid. praefat. —
3 'est fort. del.' LSp. — 4 ethimologicen F. — eam] p, Rholandellus,
ea F cum ceteris. — 7 lacunam post consuetudine signavit LSp sic ex-
plens: consuetudine communi et ea quae sunt apud poetas. conf. Mad-
vig Advers. II, 166 qui: consuetudine [et] apud. possis etiam: et ea quae
sunt in consuetudine apud [populum et ea quae inveniuntur apud] poetas.
— cum Rholandellus, cui libri. — 9 'vocabulum cum hoc loco abun-
det, haud scio an infra ponendum sit: a qua re vocabulum sit impositum
pertinacia' LSp. — 10 quaeritur G, Rholandellus, uel queritur p,
sequitur F cum ceteris. — ostenditur F. — pertendendo Rhol., per-
tendo libri. — 11 'malim cum dicitur demonstratur vel cum demon-
stratur dicitur' LSp. — 12 pertenditur Vertranius, pertendit libri.
— 13 perstetur Scioppius, perstet libri. tur litterae verbum termi-
Spengel, Varro de lingua latina.

- partem, ubi cur et unde sint verba scrutantur, Graeci vocant *ἐτυμολογίαν*, illam alteram *περὶ σημασινομένων*; de quibus
 (p. 14 Sp. 1) duabus rebus in his libris promiscue dicam, sed exilius de
 b) § 3 posteriore. Quae ideo sunt obscuriora, quod neque omnis im-
 positio verborum exstat, quod vetustas quasdam delevit, nec 5
 quae exstat sine mendo omnis imposita, nec quae recte est
 imposita, cuncta manet — multa enim verba litteris commutatis
 sunt interpolata — neque omnis origo est nostrae linguae e ver-
 naculis verbis, et multa verba aliud nunc ostendunt, aliud
 ante significabant, ut Hostis; nam tum eo verbo dicebant 10
 peregrinum qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum quem
 c) normal § 4 tum dicebant Perduellem. In quo genere verborum aut casu
 erit illustrius unde videri possit origo, inde repetam. Ita
 (p. 15 Sp. 1) fieri oportere apparet, quod recto casu quom dicimus Inpos,
 obscurius est esse a potentia quam cum dicimus Inpotem; 15
 — et eo obscurius fit, si dicas Pos quam Inpos; videtur enim
 d) Exk § 5 pos significare potius pontem quam potentem. Vetustas pauca
 non depravat, multa tollit. quem puerum vidisti formosum,
 hunc vides deformem in senecta. tertium seculum non videt
 eum hominem, quem vidit primum. Quare illa quae iam 20
 (p. 16 Sp. 1) maioribus nostris ademit oblivio, fugitiva secuta sedulitas Muti

nantes sola lineola ad t addita notari solent in F. 'fort. debeat pertendi et pertendatur . . maneri si in eo perseveretur.' LSp. — 1 scrutantur] scrutatur p ea corr., Aldus, scrutamur Turnebi codex. — greci F. — 2 ethimologiam F. — περὶ σημασινομένων] ΠΕΡΕΨΜΑΙΝΟΜΕΝΟΝ FMV, lacuna in G a b c p, partem H, synthesin B, ἀναλογία Rholandellus. — 3 exilius F¹Ha (alterum l erasum in F). — 4 obscuriora F. — 5 exstat F hoc loco, infra extat. — 6 mendo] mdo F, modo b p, Laetus, mundo M. — 7 literis F, qui praeter hunc locum semper litterae. — 12 verbum Scioppius. 'fort. quom genere verbum' LSp. — aut] ut Veneta. — 14 quom] vulg., cum B, quem F. — inpos] inpos p in marg., Laetus, in eos F. conf. inpositum VIII § 4, § 7, inplorat VI § 68, inpositicis X, 61. — 15 quam] qua F — inpotem] impotem vulg., impotentem F. — 16 pos quam inpos] postquam inpos F. — 17 pos] pons F. — pauca non] non pauca Augustinus. — 18 formosum F¹ (n erasum), formosum ceteri. — 21 fugiva F (ti posteriore ut vid. manu supra scr.). — oblivio, fugitiva secuta] sic distincti praecedente Grothio qui oblivio, fugitiva saecula scriptum fuisse suspicatur. antea iungebatur oblivio fugitiva, secuta. fugitiva sunt verba quae sequitur sedulitas Muti et Bruti ut servum fugitivum sequitur dominus. nihil mutavit LSp.

metodo sa la etiologia.

de verbis / de verbis signis

- 1. difficultatis causae: f. Barvile, St. J. l. f. VI 35-40 VII 105
- 2. Hl. Sachs. 66. 1557, 66 x VII 152
- 3.
- 4.
- 5.

ff

in bellis ducto (bell)

casus : oripo

pos x pos f. causae corol
impo Paul.

ff excursus de veritate in 671.
f. de. A. B. 672.

o
seditione in de quibus, de h. opera:
Lentibus & Garros

in Plinius Scyphus: Anale. de h. d.
Junius Pontius in senenvalde
Lentibus & Garros

forment. (see. oblique. read)

Modi commutativorum

de commutativis. f. Rhed. Her IV 30
Cant. Inst. VI 6, 32

vab. originis

e
e
v
5 0
r
[
c
r
10 r
t
r
15

et Bruti retrahere nequit. Non, si non potuero indagare, eo
 ero tardior, sed velocior ideo, si quiero. non mediocris enim
 tenebrae in silva, ubi haec captanda, neque eo quo pervenire
 volumus, semitae tritae, neque non in tramitibus quaedam
 5 obiecta quae euntem retinere possent. ^{Quorum} Quom verborum novo- § 6 —
 rum ac veterum discordia omnis/in consuetudine communi
 [commutata], quot modis [litterarum] commutatio sit facta
 qui animadverterit, facilius scrutari origines poterit verborum. (p. 17 Sp.¹) +
 reperiet enim esse commutata, ut in superioribus libris ostendi,
 10 maxime propter bis quaternas causas. litterarum enim fit demp-
 tione aut additione et propter earum tralationem aut com-
 mutationem, item syllabarum [productione], quae quoniam in
superioribus libris quouismodi essent exemplis satis demon-
 stravi, hic ammonendum esse modo putavi. // Nunc singulorum § 7
 15 verborum origines expediā, quorum quattuor explanandi gra- (p. 18 Sp.¹)

1 nequit] 'id est nequit vel nequivit' LSp. *mihi praesens tempus aptius videtur sententiae ut quae proverbii locum habeat.* — indigare F. (a supra scr. sec. ut vid. manus). — 2 sed] et Scioppius. — qui^{vero} ero] F (v supra scr. man. 2), quivero ceteri. vid. LSp Emend. Varr. spec. p. 5. — 5 obiecta] 'oblecta ut vid. F' Groth. *l et i litterae saepe via discerni possunt in F.* — possent] possint Augustinus. *possint vel possunt* C. F. W. Müller Zeitschr. f. Gymnasialw. XIX p. 871. — quom LSp. quoniam Rholandellus, *quorum libri (um per compendium scriptum in F).* — 6 ac F Vp, et ceteri. — comuni F, *ut solet, nisi quod semel* § 8 p. 4, 12 *communi scriptum est.* — 7 commutata] *add. LSp. praeterea idem coniecit: Quorum verborum ... in cons. communi [commutata. quare] quot modis. — litterarum] om. a, Fr. Fritzsche. litterarum corr. ex literarum F (Groth), litterarum F (Keil, ASp).* — 8 scrutari facilius Laetus. — poterit] LSp. *patietur libri. fort. potis erit.* — 11 tralationem] LSp. *tractionem F, adtractionem p, adtractionem Laetus, arctationem vulg. ex B. 'tralationem correximus ex Rhetor. ad Herem. IV, 29, idque vocabulo traiectionem quod ibidem legitur praetulimus'. LSp. idem vidit Groth qui vel translationem (coll. Diom. II p. 442, 31 et Donat. III p. 397, 2) vel transiectionem (coll. Cornific. IV, 21, 29) legendum esse coniecit.* — 12 sillabarum F. — productione seclusit LSp, aut correptione *add. Müller, aut contractione K. E. Georges coll. Cic. de orat. 3, 50, 196. denique vocabulorum compositione aut conlisione Wilmanns de Varr. l. gramm. p. 25. additione aut commutatione, praeterea syllabarum artatione aut commutatione, item earum productione Scioppius supra bis ternas scribens.* — 13. quouismodi] vulg., qui cuiusmodi F, (qui per compend. scr.), qui quouismodi GHa. — 14 ammonendum F, admonendum ceteri, commonendum Laetus. — 15 quattuor F *constanter.*

*= opella: hanc opuntia
72 p. 79*
(p. 19 Sp. 1)
2/3 p. 10
dus. Infimus [in] quo populus etiam venit; quis enim non videt unde Argentifodinae et Viocurus? Secundus quo grammatica escendit [antiqua], quae ostendit, quemadmodum quodque poeta finxerit verbum, quemadmodum confinxerit, quemadmodum declinarit. hic Pacui:

rudentum sibilus,

hic:

incurvicervicum pecus, (*= Anticervicum*)

(p. 20 Sp. 1) hic:

clamide clupeat braccium.

§ 8 Tertius gradus, quo philosophia ascendens pervenit atque ea quae in consuetudine communi essent, aperire coepit, ut a quo dictum esset Oppidum, Vicus, Via. Quartus, ubi est adytum et initia regis. quod si non perveniam ad scientiam, opinionem aucupabor, quod etiam in salute nostra nonnunquam

F. fol. 2 b. sibilus . . . terra et.

1 infimus] in primis M, primus Laetus. — in] om. Scioppius, is Müller. — populus etiam] etiam populus Laetus. — 2 argentifodinae] LSp, Groth (coll. IX § 66, ubi F aceto pro argento, VIII, 62, R. R. I, 2, 22), aretofodinae libri, aerifodinae vulg. ex B, aurifodinae Laetus, cretifodinae Turnebus, arenofodinae Scaliger. — 3 escendit] Scioppius, descendit libri. ego malim ascendit ut § 8, 11. — antiqua quae] atque Scioppius. escendit antiqua quae interpunctis LSp, ego seclius antiqua. — 4 quemadmodum confinxerit quemadmodum] scripsi, quod rectius videbatur quam qui confinx. qui (coll. VII § 110: primo quemadmodum . . secundo quemadmodum . . tertio quemadmodum . .), quod confinxerit quod libri (quod in F bis per compendium scriptum), utrumque quod delet LSp, quam scripturam probarem si hic esset verborum ordo: verbum finxerit confinxerit declinarit. — 5 hic] hinc ter Crinitus. — pacui] F, pacu a, parvi MBb Laetus, Pacuvius Crinitus. hanc scripturam Pacuius, Pacui, Pacuium, quae duobus locis exceptis constanter exstat in F Varroni vindicavit Lachmann in Lucr. V 679 p. 306. vide Groth ad h. l. — 8 inceruce rucum F, correxit Aldus. cf. Ribb. tr. fr. Pac. 408. — 10 clamide F, clamyde ceteri. — braccium F, brachium ceteri. cf. Lachm. ad Lucr. VI p. 434, Ribb. tr. fr. Pac. 186. — 11 gradus fort. del? LSp. — ascendens] ascendens Scioppius. — 12 cepit F. — 13 adytum] Scioppius, aditum corr. ex aditus F¹, aditurus Vp, aditus ceteri. — 14 regis] fort. verborum Latini regis coll. § 9, 7' LSp, aditus ad initia rei Augustinus. haud scio an rex significet regem sacrorum. — quodsi] LSp, quod si libri, fort. ferendum. — ad scientiam] LSp, scientiam ad libri, scientiae at Scioppius, scientia, at O. Jahn Herm. II, 247. Madvig Advers. II, 167. cf. Cic. de orat. II, § 30: oratoris actio opinionibus,

*fort. secunda est del. ad-
ad-ignit ad?*

f. 1: consuetudo - potest

excedit / descendit : f. Anst. IV, 7: Præmatto saltem omnes in hanc descendunt nomine
in libellano

quodque ... quodque

saeculorum modum aliquot... quod... quod: Pacuvius Pacuvius auctores: cf. Anst. IV, 3
f. Ballmann 48, 15, 2 "de clera præmatto"

red.

ditus

compos. f. Anst I, 5, 67 C. omnia contortuplicata

dupes > dupes aut. manotum > manotes : vera clera tra > dupes

unprippe >

14 'religionis' Skutud Nam. 32, 97 falso.

castra V 57

scicuta - opus -

Gorsijny - doza (f. Roman)

Verg. den II 484 'veterum' præmatto regum

f. Ballmann 48
25, 2

aditus ad imita regis

: Schroter, Eubolus 1962, 96

abitus

f. 4: perum impta

aditus ad imita perum: Radzankin, Grub. 2 p. Elp 1997, 197
= ixpdi (etoxpna = nixtbla)

f. Anst. I, 5, 6 in luras velut veneri hominis at trudbu

⊕ oporebit multa reorus orbitalas

(f. 20 plis opore crepit)
sc. obcura

exempla

4i gradus (antique, veter, tblivii)

f. V 148 lucus Curtius

VII 39 lucus bos

f. Serv. ad vegit. Sen. I 403

Lucerna ~ Epitaphia

f. laud. 16181

f. pl. 13 postum bonum

librorum disjunctio:

v	lexiconum	}	Prosa	} vocalis
vi	temporum			
vii	loc. + temp.:	Poene		

duo (oc. intra) status et notitia (pen)

f. Ant. Nel. 1976 a/b
ad 11-13, recensio, f. Hollmann 35m

facit cum aegrotamus medicus. Quodsi summum gradum non § 9
attigero, tamen secundum praeteribo, quod non solum ad Ari-
stophanis lucernam sed etiam ad Cleanthis lucubravi. volui (p. 21 Sp. 1)
praeterire eos, qui poetarum modo verba ut sint ficta expe-
5 diunt. non enim videbatur consentaneum quaerere me in eo
verbo quod finxisset Ennius causam, negligere quod ante rex
Latinus finxisset, cum poeticis multis verbis magis delecter quam
utar, antiquis magis utar quam delecter. an non potius mea
verba illa quae hereditate a Romulo rege venerunt quam
10 quae a poeta Livio relicta? Igitur quoniam in haec sunt tri- § 10
pertita verba, quae sunt aut nostra aut aliena aut oblivia, de (p. 22 Sp. 1)
nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de obliivis relin-
quam, quorum partim quid invenerim aut opiner scribam.
In hoc libro dicam de vocabulis locorum et quae in his sunt,
15 in secundo de temporum et quae in his fiunt, in tertio de utra-
que re a poetis comprehensa.

Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina ut § 11
finitum et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, noctem
et diem. Quare item duo status et motus; quod stat aut agi-
20 tatur, corpus; ubi agitatur, locus; dum agitatur, tempus; quod
est in agitato, actio. Quadripertitio magis sic apparebit: corpus
est ut cursor, locus stadium qua currit, tempus hora qua

non scientia continetur . . . ad scientiam non saepe perveniat quae opinio-
nes hominum et saepe errores aucupetur. LSp. — 1 facit] *mrq.* p, Aldus,
fecit F, quod retinendum vid. Grothio coll. G. T. A. Krüger lat. Gramm.
§ 445 Anm. 2. — egrotamus F. — 2 ad Aristophanis] *adristophanes* F (a et i
add. m. 2). — 3 cleantis F. sic distincturus erat LSp: Quod non . . . lucu-
bravi, volui. — 5 quaerere me vulg., quare me libri, curare me Groth.
licet etiam quaerere sine me. — 9 rege om. in marg. add. F¹. — 10 libro
F¹, liuvo F² cum ceteris. — tripartita (per compendio scr.) F, tripartita
ceteri. — 13 quid invenerim aut opiner] *scripsi* (scil. invenerim apud
alios), quo ita invenerim ita opiner libri. *fort.* quom ita invenero ut
opiner LSp, quorum primum verbum vulg., postrema duo Rholand.
dedit. — 17 initia] principia Augustinus. — 18 noctem et diem V b c p,
diem et noctem ceteri, item corr. ex noctem et diem F, siquidem hoc
significant duae lineolae ante noctem supra additae; deest enim altera
lineola ante diem ponenda. — 19 et motus] *post haec verba aliquid in-*
tercidisse videtur velut utrumque quadripertitum LSp. — 21 quadripertitio
F, quadripartitio ceteri. eadem varietas p. 6, 1; p. 8, 2 al. —
22 est ut] *fort. del.* LSp. — stadium quo Laetus. — qua currit . . .

Programma

quod

praece verba

2

partem qui ante scenam
est supplet M.

§ 12 currit, actio cursio. Quare fit, ut ideo fere omnia sint quadri-
 (p. 23 Sp.¹) pertita et ea aeterna, quod neque unquam tempus, quin fuerit
 motus; eius enim intervallum tempus; neque motus, ubi non
 locus et corpus, quod alterum est quod movetur, alterum ubi;
 neque ubi is agitur, non actio ibi. Igitur initiorum quadrigae 5

§ 13 locus et corpus, tempus et actio. quare quot [quattuor] genera
 (p. 24 Sp.¹) prima rerum, totidem verborum. [enim horum] e quis de locis
 et iis rebus quae in his videntur in hoc libro summatim po-
nam. Sed qua cognatio eius erit verbi quae radices egerit
 extra fines suas, persequemur. saepe enim ad limitem arboris 10
 radices sub vicini prodierunt segetem. Quare non cum de locis
 dicam, si ab agro ad agrestem hominem, [ad agricolam] perve-
 nero, aberraro. multa societas verborum, nec vinalia sine vino
 expediri nec curia calābra sine calatione potest aperiri.

§ 14 2. Incipiam de locis ab ipsius loci origine. Locus est, 15
 (p. 25 Sp.¹) ubi locatum quid esse potest, ut nunc dicunt, collocatum. vete-
 res id dicere solitos apparet, apud Plautum:

Filiam habeo grandem cassam dote atque in-
 locabilem

qua currit] utrumque seclusurus erat LSp cum Scioppio. *mihī ne-*
cessario quater videtur ponendum esse currendi vocabulum. — 1 ideo] in eo a, om. B, Laetus. an item? — omnia] 'fort. omnium rerum initia' LSp. — 2 eterna F. — fuerint F. — 3 enim] vulg., animi libri praeter V in quo ei exstat (non ai). — 5 is] his F¹, is F², sit vulg. ex B. 'fort. quis' LSp. an del.? — ubi id agitur Müller. — 6 quot] quod corr. ex quot F, quod ceteri. *illud recepi deleto quattuor ut interpretamento.* (quod quattuor cum cett. LSp). — 7 enim horum] 'est corruptum n. horum (ita G), quod recte iam antiquitus in verborum correctum est' LSp. horum iam de binis, locis et iis rebus Müller. conf. LSp Emend. Varr. spec. p. 10, Über die Kritik d. Varr. B. p. 38—40, Lachmann Mus. Rhen. 1843 p. 356—65. — e quis de] LSp, de quis libri. totidem verborum enumeravi deque locis Groth. — 8 iis] LSp, his libri, Aug. Müller de prisc. verb. f. p. 49. — 9 sed qua] 'fort. si qua (duce Augustino, qui si quae) vel sed quae' LSp. — eius] 'rectius eiusmodi' LSp. — 10 suas] has Groth. — sepe F. — 11 'fort. segete' LSp. — 12 ad agrestem Stünkel De Varron. verb. form. p. 50, probavit Groth, ad agrosium libri, ad agrosium Laetus, ad agros, tum Lachm. 'fort. ad agrarium, nisi potius ad hominem, ad agricolam (deleto agrosium)' LSp. — agricolam] ic in ras. F (Keil), agricolam corr. ex agrigolam ut vid. F (Groth). del. vid. ad agricolam. — 15 ab] Scioppius, sub libri. — 16 ut] fort. vel ut. — collocatum] 'fort. collocatum; locatum' LSp. — 18 cassam... inlocabilem] G H, Plaut. Aul. II, 2, 14, cassa... inlocabili F.

du: 'agros studiorum', scrib.
 Nestor: 'adulterio studis.'
 25007

diffusio: A: de locis B: signa in his viderentur
(11-56) (57-123)

ad agr. studium (Norden): [ad agr. studium] flor.
loc. stud. populus

ad agr. studium: rectoribus: nups. p. d. p. d.
Abbat. h. g. m.

A. De locis: 14-56

a) 2. Fr. 14-16

Brabantia: J. VI 16/20

Br. Fr. IV 503

Curacalabra: J. VI 27

6) de celo 1720

~VII 6

four pages

Caelum

Neque eam queo locare cuiquam.
apud Ennium:

O Terra traeca, ubi Liberi fanum inclutum
Maro locavit.

- 5 Ubi quidque consistit, locus. ab eo praeco dicitur locare, § 15
quod usque idem *vendit*, quoad in aliquo constitit pretium. (p. 26 Sp.¹)
inlocarium quod datur in stabulo et taberna, ubi consistant.
sic loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt.

3. Loca naturae secundum antiquam divisionem prima § 16
10 duo, terra et caelum, deinde particulatim utriusque multa. —
Caeli dicuntur loca supera et ea deorum, terrae loca infera et —
ea hominum. Ut Asia sic caelum dicitur modis duobus. nam (p. 27 Sp.¹) 2.137
et Asia, quae non Europa, in quo etiam Syria, et Asia dicitur
prior pars Asiae, in qua est Ionia ac provincia nostra. sic § 17
15 caelum et pars eius, summum, ubi stellae, et id quod Pacu-
vius cum demonstrat dicit:

Hoc vide circum supraque quod complexu
continet

Terram

- 20 cui subiungit:

F. fol. 3 caelum deinde . . . incircum.

3 treca FHMVcp, trecha G, tēca a, thraeca Fleckeisen Philol. IV, 311. — inclutum Gulielmus Verisim. I, 19, inciuium FGHa, in cuius M, Laetus, intimum B. — 4 maro GHcF¹ (secunda litt. erasa a erat, non u (Keil), muro ut vid. F (Groth), muro ceteri. — locavit Ribbeck tr. fr. Enn. 348, locavi libri. — 5 quidque] FVp, quique G, quisque b, quiquam H, Laetus, quicquam a, quidquam ceteri. — 6 idem vendit] LSp, vendit (sine idem) H. Reiter quaest. Varr. gr. p. 52. id emit libri, id emitur vulg., idem it Turnebus, demittit Nipperdei Spicil. in Corn. Nep. p. 54, demit Madvig Adv. II, 167. conf. LSp Philol. Anzeig. V p. 585. — constitit] FVp, consistit ceteri. — pretium] om. Scioppius, 'fort. inlocarium pretium' LSp. quo si opus est, malim: pretio. pretium inlocarium. — 7 inlocarium] locarium Georges, inde locarium Laetus. — 9 naturae] vulg., natura libri. — 10 terra et caelum libri, caelum et terra vulg. — 12 nam et] nam ut GVp. — 13 in quo libri, quod retinui ut satis Varro-
nianum, in qua Laetus, quod etiam LSp editurus erat. — 14 prior] scripsi, prioris cum libris LSp, primoris Bergk Mus. Rhen. XX, 291. h.c. ante decla-
— nostra] nostra Cilicia Laetus. — 15 pars eius] delenda putavi, pars iam Scioppius omiserat. — 16 cum demonstrat] demonstrat cum Al-
dus. conf. Lachm. ad Lucr. V, 318.

id quod nostri caelum memorant.

A qua bipertita divisione Lucilius suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc:

- (p. 28 Sp.¹) Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus.
 § 18 Caelum dictum scribit Aelius quod est caelatum aut con- 5
 trario nomine celatum, quod apertum est; [non] male, quod
 + posteriora multo potius a caelo quam caelum a caelando [aut
 celando]. sed non minus illud alterum de celando ab eo
 potuit dici, quod interdiu celatur, quam quod noctu non celatur.
 § 19 omnino ego magis puto a chao cavum et hinc caelum, quoniam 10
 (p. 29 Sp.¹) terram, cavum caelum. Itaque dicit Andromeda nocti:

quae cava caeli

Signitenentibus conficis bigis,

et Agamemno: 15

in altisono caeli clipeo,

cavum enim clipeum; et Ennius item ad cavationem:

caeli ingentes fornices.

- § 20 Quare ut a cavo cavea et caullae et *convallis, cavata vallis,
 (p. 30 Sp.¹)

2 divisione] non caeli sed naturae locorum, quare verba a qua bip. . . .
 quaerere tempus supra post utriusque multa vel et ea hominum expectantur?
 LSp. — Lucilius] Scaliger, Lucretius libri. — unius Laetus, unum li-
 bri, n̄ (id est quinque) aut certe trium vel m̄ Lachmann ind. lect. Berol.
 aest. 1849. Lucil. saturarum XXI libri Christ. — 4 etheris et querere
 F. — 5 Aelius Gallus vulg. ex B. — caelatum] celatum F. — aut] aut a
 Laetus. — 6 nomine] fort. non? LSp. — non] delevi, qui in ceteris alte-
 ram LSp coniecturam maximam partem secutus sum. — quod posteriora]
 ex altera LSp scriptura ascivi, qui nisi quod posteriora coniecerat. quod
 posterior libri, quod posterior Aelius vulg. ex B, quod prius Müller, quod
 vox posterior Groth. — 7 celo F. — caelando aut celando] scripsi cum
 LSp, celando F, caelando ceteri. non male posterius quod multo potius
 a caelo caelare quam caelum a caelando LSp ex altera coniectura ipsi
 magis probata. vid. praefat. — 8 de celando ut glossema del. esse suspicatur
 Groth. — ab eo om. Laetus. — 10 ego] Aldus, eo libri. — cavum] Lae-
 tus, chouum F, choum alii. — quoniam] fort. quod? LSp. — 11 continet
 corr. ex continent F. — 12 Andromeda] Scaliger, androma libri (an-
 dromada b), Andromacha Laetus. in F post androma lacuna unius
 litterae teste Grothio. — nocti quae] Scaliger, noctique libri. —
 17 ad cavationem] vulg., adua . . tionem F (cum duarum litt. ras.), ad
 nationem ceteri. — 19 caullae] Scaliger, caulle libri. — convallis]
 corrupte. an callis? — cavata vallis del. Scaliger.

of Adamus Bucheler, l. c. Hal.
p. 877 b.

f. Ritzsch. oecuvōs - oecuvōs + oeciv

f. Kraft, *Stila Pfu. von caelum in Lucl. Varro, Phil. 1976, 215*

chaos domum carum caelum?

?

L. 1. sp. locus pauci desperatus

c) De terra 21-56
terra

L. 10. locus nondum sanatus. (probabiliter M.: itaque hinc, quod ex eis dicitur
aliquot locis dicitur, ut apud Accius, non terminus sed terminus)

L. 42. locus memorabilis.

L. 42. sp. Coniecti: 'Via, sive quod idem, iter, quod ea secundo dicitur,
Actus', nam quae sequuntur ante 'Actus' verba 'iter iterum'
paulo orthographiam esse vocabuli 'teritur'. Posses tamen
nullius 'iter ita' proferre.

et cantum a cavitione ut cavitum, sic ortum, unde omnia apud Esiodum a chao [cavum, a] cavo caelum. †

4. Terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur. itaque Tera in augurum libris scripta cum R uno. ab eo colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur, Teritorium, quod maxime teritur. hinc linteum quod teritur corpore, Extermentarium. hinc in messi Tritura quod tum frumentum teritur, et Trivolum qui teritur. hinc fines agrorum Termini quod cae partis propter limitare iter maxime teruntur; itaque hoc cum X in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non terminus sed Termen. hoc Graeci quod τέγουρα, pote vel illine. Evander enim, qui venit in Palatium, e Graecia Arcas. * Vias quidem iter, quod ea vehendo teritur, item Actus quod agendo teritur; etiam Ambitus quod circumeundo teritur; nam ambitus

1 cantum a] *scripsi*, cauea e F, caute ceteri. — cavitum] *scripsi*, cauium libri (in *Ferasum* i) *fort.* quare ut a cavo cavea et cavile et cavatio, sic' LSp. — sic libri, sit Laetus. — 2 esiodum F. cf. Aug. Müller p. 16. — cavum a cavo] Scioppius, cauo libri. *totum locum sic scribit* Groth: Ennius item a cavatione .. quare ut a cavo cavea et caullae et convallis, cavata vallis, et ab aedis cavatione ut cavaedium, sic .. a chao cavo caelum. — 4 scripta] *fort.* scriptum' LSp. — 5 comunis F. — 6 quo teritur corpus Scioppius. — extermentarium] termentarium Laetus. — 7 messi] messe Laetus. — 8 qui] quo vulg., quod Laetus. — 9 iter] item F *cum aliis*, iter item p. — prope iter limitare item max. Groth. — maxume G. — 10 I] LSp, is libri (cum. is. in F), 'E' Groth. *intelligo dictum esse terminus pro terminus. ceterum de hoc loco conf.* LSp Über die Kritik d. V. B. p. 36-38/ — Latio] latio F¹, latio F² ut vid., latino F³ in *margin.* GV alii. — 11 termen] *fort.* terimen' LSp. — greci F. — τέγουρα] termona libri. — pote vel illine euander F, potevlniyg euander V, pro octo illis litteris lacuna in p, polē velline euander M, lacuna post termen in b c, greci quod euander G H a. — 12 grecia F. — vias quidem iter F (quidem per *compendium*), via (uita H) si quidem iter G H, uia quidem iter M. via similiter Lachmann Mus. Rhen. III (1845) p. 610, viast quidam terminus LSp. *verba vias quidem ... teritur ex § 35 male translata esse censet* Wilmanns p. 17. via, sic item iter, quod ea vehendo teritur, iter itu Reiter quaest. p. 11 sq., *apud quem aliorum tentamina vide. ego ab initio nihil aliud latere puto nisi via dicta vel viae dictae quod.* — 13 item] *scripsi*, iter iterum libri, iter itu Müller. *fort.* iter quod eundo teritur' LSp. — 14 ambitus] ambitus F, ambituster V p, ambitus iter G, ambitus est Laetus. *'an latet et hic et supra idem vocabulum: via est terra quod ... ambitus terra?'* LSp. iter in ter latere

Heisler. quaed. gramm. part. II. Brunsberg 1872 p. 12 ad. 11.

circuitus; ab eoque duodecim Tabularum interpretes **AMBITUS PARIETIS** circuitum esse describunt. Igitur tera terra et ab eo poetae appellarunt summa terrae quae sola teri possunt,
 § 23 Sola terrae. Terra ut putant eadem et Humus; ideo Ennium
 in terram cadentis dicere:

cubitis pinsibant humum,

(p. 33 Sp.¹) ~~fet~~ quod terra sit humus, ideo is Humatus mortuus, qui terra obrutus; ab eo qui Romanus combustus est, [si] in sepulcrum eius abiecta gleba non est aut si os exceptum est mortui ad familiam purgandam, donec in purgando humo est opertum, ut pontifices dicunt, quod inhumatus sit, familia funesta manet. Et
 (p. 40 Sp.⁶) dicitur, Humilior, qui ad humum demissior; infimus humillimus, quod in mundo infima humus. Humor hinc. itaque ideo
 § 24 Lucilius:

*vel genuinum vel ex glossemate natum suspicatur Groth. ego potius librarium ambitus teritur scripturum fuisse putaverim. — 1 eoque] eo quod Vp Laetus, eo quidem G. — ambitum Laetus. — 2 tera terra corr. ex terra terra ut vid. F (Groth). — 6 pinsibant] pinsabant Gp, pinsebant Turnebus. cf. Bergk Philol. 33, 293; Mus. Rhen. 29, 242. — 7 et] *delevi et interpunxi post humus.* — sit] 'fort. est' LSp, st Madvig Opusc. II, 222. — 8 obrutus] sit obrutus Laetus. — qui] libri, quod Laetus, quom Müller. — si in] Turnebus, in libri. si qui Romanus combustus et in Groth. — sepulchrum F. cf. Aug. Müller p. 16. — 9 exceptum non est Vertranius. — 10 expurgandam Laetus. — humo] Aldus, humo non B, vulg., homo libri. conf. Bücheler ad Cic. pro Rosc. p. 182—5. — opertum F Vc, optum p, operatus M, opertus GHa Laetus, optimus b. — 11 quod] quoad Rholandellus. cf. Kettner p. 11, Reiter quaest. p. 53. — sit] 'fort. est' LSp. — 12 *interpunxi post dicitur (scil. funesta). sic: manet. Et dicitur humilior Müller, manet et dicitur humilior, quod ad humum demissior LSp. — qui] scripsi cum Müllero, quae libri. — humum || demissior] foliorum traiectionem primus perspexit Buchananus apud Turnebum, restituit Müller. in libris haec coniunguntur: quae ad humum || ut Sabini et Lucani . . . septem montium || demissior infimus . . . ab hominibus || nominatum ab. . . vid. § 40. conf. LSp Emend. Varr. sp. p. 17. — 'infimus humillimus abundant, nisi addideris inde vel unde' LSp. — 13 infima] rectius infimum, quamquam Varro ap. August. de c. d. VII, 6 aether summus, tum aer, deinceps aqua, infima humus. 'fort. Quod in m. infima humus, humor. hinc itaque de eo' LSp. sane offendit itaque ideo, non facile excusatum his exemplis ne ipsis quidem certis § 12 quare fit ut ideo, § 66 itaque inde, VI § 58 ab eo itaque. conicias humor hinc (vel potius hinc humor) et aqua, ideo vel [ab humo] humor, hinc aqua; ideo.**

899. locus memorabilis

humus

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Large block of extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

l. 5 'si quavis' recte, ut videtur, memoria dignissimum.

l. 7 'ptu' fort. graecis litteris nota ser.

Puteris

Terra abit in nimbos imbremque

Pacuvius:

(p. 41 Sp.¹)

terra exalat auram atque auroram humidam,
humectam; hinc ager uliginosus humidissimus; hinc Udu-
5 dus; hinc Sudor et Udor. is si quamvis deorsum, in terra,
unde sumi pote, Puteus; nisi potius quod Aeolis dicebant ut § 25
| πύταμον sic πύτεον [a potu], non ut nunc φρέαρ. A puteis (p. 42 Sp.¹)
oppidum ut Puteoli, quod incircum eum locum aquae frigidae
et caldae multae, nisi a putore potius, quod putidus odoribus
10 saepe ex sulphure et alumine. Extra oppida a puteis Puticuli,
quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, ut Aelius
scribit, Puticulae quod putescebant ibi cadavera proiecta, qui
locus publicus ultra Exquilias. itaque eum Afranius Putilucos
in togata appellat, quod inde suspiciunt per puteos lumen. La- § 26

F. fol. 4 eum locum . . . sacrificiis.

1 abit a b c Augustinus, abiit ceteri. — imbresque M, Laetus.
— 3 exalat F, exhalat Laetus, exhalabat B, exhalat auram terra Sciop-
pius. — 4 humectam *fort. del.* — 5 et udor. is si] et udorissi *extra*
versum F¹, (et non satis certum), quod ex hoc solus p servavit. —
quamvis] *fort.* aqua iugis, *cf.* Bentr. ad Horat. ep. I, 15, 16' LSp. *conf.*
Über d. Kritik p. 4, Haupt Herm. I (1866) p. 260. udor et si aquae vis de-
orsum Brink. is si manaverit d. in terram Christ. *cf.* Reiter quaest.
p. 119. — terram Vp. — 6 summi F. — potius quod] potius a potu quod
Brink. — eolis F. *conf.* Aug. Müller p. 30. — 7 πύταμον] Buttmann,
potamon F (a in ras.), GHV, patemon M, pacamon bc, potamen a, τὸν
πύτεον καὶ πύταμον B. lacun. Laetus. — πύτεον a potu] Buttmann,
potura potu FMVabc, potura potum GH. a potu *del.* Brink, quem
secutus sum. — φρέαρ] Victorius, φρε F cum aliis, lacun. Laetus.
— 8 ut] om. M, Laetus. *facile conicias* ut [putant] *coll.* § 23 *al.* —
incircum] sint circum Laetus. *conf.* Reiter quaest. p. 70 not. —
9 putidis p. — odoribus] odor ibi Müller. — 10 sepe F. — oppida]
fort. oppidum] LSp. — a puteis] *rectius absit.* — 11 potius] forte GH.
— 12 puticulae *fort. del.* LSp. — 13 exquilias *hoc loco* F, *praeterea*
semper esquiliae. *cf.* Th. Mommsen in actis acad. Berol. a. 1868 p. 172'
Groth. *mihī omnino ab alio addita videntur haec verba* qui loc. pub.
ultra Exquilias. — putilucos] Scaliger, cuticulos libri, putiluculos B,
puticulos Laetus. *conf.* Ribb. com. fr.² p. 220. — 14 suspiciunt p,
Turnebus. puticuli q cadavera prospiciunt gloss. Salom. — per pu-
teos] Groth, perpetuos F *cum aliis*, perpetuum a, propter M, perpetuo
Laetus. — lumen] flumen Turnebus.

(p. 43 Sp.¹) cus lacuna magna, ubi aqua contineri potest. Palus paululum aquae in altitudinem et palam latius diffusae. Stagnum a graeco, quod ii στεγνόν quod non habet rimam. hinc ad villas rutunda stagna, quod rutundum facillime continet, anguli maxime laborant. Fluvius quod fluit, item Flumen. a quo lege § 27 praediorum urbanorum scribitur:

STILLICIDIA FLUMINAQUE UT ITA CADANT FLUANTQUE.

(p. 44 Sp.¹) Inter haec hoc interest, quod stillicidium eo quod stillatim § 28 cadit, flumen quod fluit continue. Amnis id flumen quod circuit aliquod; nam ab ambitu amnis. ab hoc qui circum Aternum habitant, Amiternini appellati. Ab eo qui populum candidatus circum it, ambit, et qui aliter facit, indagabili ex ambitu causam dicit. itaque Tiberis amnis quod ambit Martium campum et urbem. Oppidum Interamna dictum, quod inter amnis est (p. 45 Sp.¹) constitutum; item Antemnae, quod ante amnis, qui Anio, influit § 29 in Tiberim, quod bello male acceptum consenuit. Tiberis quod caput extra Latium, si inde nomen quoque exfluit in linguam nostram, nihil ἔτυμολόγον latinum, ut quod oritur ex Sannio,

1 paulum G. — 2 latitudinem G. — 3 greco F. — ii στεγνόν] -11. STEINON F et, qui e ceteris solus haec verba servavit, M. ii videtur esse in F, quoniam talisi litterae forma saepe scripta est in F. ii στεγνόν etiam Lachmann ad Lucr. II, 402. 'fort. ibi στεγνόν' LSp. — non habet rimam] Scaliger, nomen habet primam libri. — 4 rutunda] B, rutundas F cum ceteris. cf. Lachmann. L. Stünkel p. 7. — 5 lege] legem V. 'fort. in lege' LSp. — 6 scribitur bis in F. — 7 flumina quae F, flumina q qua que p. — ita cadant fluentque] LSp cum bc ex F, in quo est: ita 'fluant' cadantq; unde fluant ita cadantque GH a, ita fluant cadantque ceteri. conf. Bergk Prooem. aest. Hal. 1863 p. 5 sq. — 9 interest] int. F, quod videtur significare interest. — stillicidium G, quam scripturam negligendam non esse monet Stünkel p. 59 coll. Lachmann ad Lucr. p. 33, Studemund Gaii apogr. p. 323. — 10 cadit] a, Pape, cadet FGHVbp, cadat ceteri. — 11 aternum] vulg. ex B, alterunum libri. circum terminum habitant, amtermini appellati Groth (coll. Paul. ex Festo p. 17, 8: amtermini qui circa terminos provinciae manent). — 13 it] id F. — ambit et] et in ras. F (Keil), ambitet corr. ex ambitent ut vid. F (Groth). — facit] in ras. F¹, faxit Scaliger. — indagabilis Scaliger. — 16 qui Anio] LSp., quanto libri. qui fort. del. — 18 exfluit influit F, effluit influit p. — 19 nihil] nihil ad Thiersch. — ETY-ΜΟΛΟΓΟΝ F, ETΙΝΟΛΟΤΟΝ M, ετιμολόγον B, lacuna in ceteris.

Procerum

Stajum

fluvius

amnis

Siberis

L. 29. Apparet scribendum esse: ad nos iam ^(1716, 12) adlatum vocabulum ut Tiberinus? In
F quod est post 'Tiberinus' n̄ ita explici, ut scriptum esset ^{n̄ Tiberinus} Tiberinus ^{similia}
6, 7, 12, 13 et 172, 73 post 186, 10. (de 'non' complete of. Plaut. Men. 57)

L. 7. Tiberin. Constructio sane mirabilis

L. 14. Asia nymphe memorabilis, item, quod Mantio teste utitur

- Volturnus nihil ad latinam linguam; at quod proximum oppidum ab eo secundum mare Volturnum, ad nos iam [ad] latinum] vocabulum ut Tiberini] nomen. et colonia enim nostra Volturnum et deus Tiberinus. Sed de Tiberis nomine anceps § 30
- 5 historia. nam et suum Etruria et Latium suum esse credit, (p. 46 Sp.1) quod fuerunt qui ab Thebri vicino regulo Veientum dixerint appellatum primo Thebrim. sunt qui [Tiberim] priscum nomen latinum Albulam vocitatum litteris tradiderint, posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit; nam abs M.
- 10 hoc eius ut tradunt sepulcrum.
5. Ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic § 31 caeli regionibus terra in Asiam et Europam. Asia enim iacet ad meridiem et austrum, Europa ad septemtriones et aquilonem. Asia dicta ab nympha, a qua et Iapeto traditur Pro- (p. 47 Sp.1) —
- 15 metheus. Europa ab Europa Agenoris, quam ex Phoenice § 32 Manlius scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti. Europae loca multae incolunt nationes. ea fere nominata aut translaticio nomine ab hominibus ut Sabini et Lucani, aut declinato ab hominibus, (p. 33 Sp.7) (p. 34 Sp.1)
- 20 ut Apulia et Latium, [aut] utrumque ut Etruria et Tusci. Qua

1 nichil F. — at] ad F. — 2 ad latinum] 'fort. ad Latium' LSp., ut latinum Müller. ego seclusi ut spuria. — 3 Tiberini nomen] scripsi, tiberinus (corr. ex tiberinum) ñ F, tiberinus non ceteri. 'fort. Tiberinus. nonne et' LSp. — 4 Volturnum] postremae litterae nota dubitari potest utrum s an m sit in F, ceteri certe omnes uolturnus; corr. vulg. ex B. — 5 nam suum GH. — 6 Veientum] vulg. ueientium a, uenientum F cum aliis, vinientium G. — dixerit a, dixerunt GH b. — 7 appellatam F, appellatam V, appellata cum p. — Tiberim] 'aut del. aut Tiberis scrib. cum vulg.' LSp. — 8 tradiderunt GHMVap, tradunt vulg. ex B. — 9 Latinorum] Servius Aen. 3, 500 Albanorum, sed conf. idem ad 8, 300. — 10 sepulchrum F. — 13 Austrum] Eurum B, Rholandellus. — 14 ex qua vulg. ex B. — trahitur M, Laetus. — 15 ab europa] F in ras. — Agenoris filia Laetus. — fenice F. — 16 manlius] F, Mallius Mb, Laetus, Manilius Bentinus. conf. Mommsen Mus. Rhen. 16 p. 284 sq. — 17 pythagoras F. — Tarenti] Tarenti fecit Laetus, quod probat LSp. — 18 translaticio] F, translatio GHMV, traslatitio a. — ab hominibus || nominatum libri foliis traiectis. vide supra ad § 23, unde in marg. p: deest. de europa ad urbem transitus imperfecte. — 19 ut Sabini] sunt aut a re ut Sabini vulg. ex B. — declinata vulg. ex B. — 20 apuli corr. ex apulia F (Groth), apulia F (Keil). — aut utrumque] apud Augustinum, utrumque libri. — Tusci] Scaliger, tuscia libri.

regnum fuit Latini, universus ager dictus Latius, particulatim oppidis cognominatus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricia § 33 Aricinus. Ut nostri augures publici disserunt, agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hosticus, Incertus. Romanus dictus, unde Roma, ab Romo; Gabinus ab oppido Gabis; Peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum et Gabinum, quod uno modo in his seruntur auspicia. dictus (p. 35 Sp.¹) peregrinus a pergendo, id est progrediendo, eo [quod] enim ex agro Romano primum progrediebantur, quocirca Gabinus quoque Peregrinus, sed quod auspicia habet singularia, ab reliquo discretus. Hosticus dictus ab hostibus. Incertus is, qui de his quattuor qui sit ignoratur. 10

§ 34 6. Ager dictus in quam terram quid agebant, et unde quid (p. 36 Sp.¹) agebant fructus causa. alii quod id Graeci dicunt ἀγρόν. Ut ager quo agi poterat, sic qua agi Actus. eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes quattuor — fortasse an ab eo quattuor, quod ea quadrupes agitur — in longitudinem pedes centum viginti, in quadratum actum et latum et longum esset centum viginti. Multa antiqui duodenario numero finierunt ut 15

F. fol. 3 b. ager pacatus.

1 Latium Laetus. — 2 preeneste p̄nestinus F. — 3 publice GM. — disserunt] dixerunt Ma Laetus, diviserunt Scioppius. — 4 incertus] post hoc Scioppius addit: Dividit in eos agros, cum scribit Sulpicius, plebei rura largitur ad arandum, quae infra leguntur p. 16, 10. — 5 romo] libri, quod obscurare nolui, Romulo Rholandellus. — 6 gabis] libri, gabiis G, Gabiis Laetus. cf. Müller, Groth, Neue, Formenlehre I² p. 120, Aug. Müller p. 31 sq. — 7 seruntur] secuntur G, seruantur M, Laetus, feruntur vulg. ex B. — 8 progrediendo] ante hoc supra versus a inserit F². — quod om. Ga. adscriptum erat opinor quod ad corrigendum illud quos, infra quod legitur. — enim] ei p, om. b, Rholandellus. — 10 quoque] Scaliger, conf. Reiter quaest. p. 92, quo siue libri. 'fort. sive vel quove' LSp. — quod . . . habet] Turnebus, quos habent libri. 'fort. quod is . . . habet' LSp. — 11 is] ager is M, is ager Laetus. — 13 dictus] dictus est Laetus. — in qua terra Turnebi codex. — 14 alii quod] LSp ex F in quo est aliquod ut in GV, aliquid HMp, aut quod Turnebus. conf. LSp Über d. Kritik p. 40—42. G. Thilo Annal. philol. 71 p. 533. — ATPO FMV, ALPO p. — 15 quod] Turnebus, quod libri. — sic¹qua F, i add. m. 2 — agi actus] agitatus BHVap, agitus G. — 18 'fort. inde quadratum' LSp. — esset] ē&F, esset ceteri. 'esse pedes latere vidit Hultsch Philol. 22, 346; conf. VII § 15. sed malim: ut quadratus actus et latus et longus esset pedes CXX' LSp.

1.8 puto toleranda illa 'eo quod enim' deleta seu imminuta interpunctione post
'progruendo'.

6/25

20 'ubi' rugulossissima sed rotata ni fallor.

duodecim decuriis actus. Iugerum dictum iunctis duobus ac- § 35
 tibus quadratis. Centuria primum a centum iugeribus dicta (p. 37 Sp.¹)
 est, post duplicata retinuit nomen, ut tribus [actibus] multipli-
 catae idem tenent nomen. Ut qua agebant Actus, sic qua vehe-
 5 bant, [actus] Viae dictae; quo fructus conuehebant, Villae. qua
 ibant ab itu Iter appellarunt; qua id anguste, Semita, ut se-
 miter dictum. Ager cultus ab eo quod ibi cum terra semina § 36
 coalescebant, et ab inconsitus incultus. Quod primum ex agro
 plano fructus capiebant, Campus dictus; posteaquam proxima
 10 superiora loca colere coeperunt, a colendo Colles appellarunt;
 quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus (p. 38 Sp.¹)
 possit pasci, et possidebant, ab usu salvo Saltus nominarunt.
 haec etiam Graeci νέμη, nostri Nemora. Ager quod videbatur § 37
 pecudum ac pecuniae esse fundamentum, Fundus dictus, aut
 15 quod fundit quotquot annis multa. Vineta ac Vineae a vite
 multa. Vitis a vino, id a vi; hinc Vindemia quod est vini-
 demia aut vitidemia. Seges ab satu, id est semine. Semen
 quod non plane id quod inde. hinc Seminaria, Sementis,
 item alia. Quod segetes ferunt, Fruges, a fruendo Fructus,
 20 a spe Spicae, ubi et Culmi, quod in summo campo nascun- (p. 39 Sp.¹)
 tur et summum culmen. Ubi frumenta secta, ut terantur § 38

1 actum corr. ex actus F, actus ceteri. fort. del. actus ut ex marg.
 illatum (actum LSp). — 2 primum a] LSp, primo a vulg. prima FM Vabcp,
 primo G, primum H. — 3 est] fort. et. — actibus] om. vulg. ex B,
 a tribus Lachmann. actibus alia lectio videtur esse pro iugeribus,
 quod vocabulum paulo ante legitur. — 4 qua] Augustinus, quo
 libri. — uehebant] uehe litt. eras. in F. — 5 actus] om. Laetus.
 — quo] Aldus, quod libri. — conuehant H, conueheant V. — 6 ab itu]
 Laetus, ab habitu libri (ab abitu GHV). — semiter vulg. ex B. —
 8 ab] libri, ab eo quod Laetus cum B. fort. ab del. LSp. — 10 ce-
 perunt F. — 11 id genus] intellige propter id genus. — 12 posset Mül-
 ler. — salvo] Lachmann, suo libri. conf. LSp. Über d. Kritik p. 42.
 — 13 etiam om. Aldus. — greci F. fort. quod Graeci LSp. — νέμη]
 Lachmann, NhMh F (in ras.) MV, ρομάς Rholandellus, ἄλσεν καὶ
 ρομάς B et praemisso τὰ vulg., lacuna in ceteris. — 14 pecudum F. —
 15 fundat Laetus. — multa^R uineta F (R add. man. 2). — 18 plene
 Müller. — sementis] LSp., sementem libri, sementum H, sementes
 Laetus. — 20 ubi] eae ubi Lachmann Mus. Rhen. II, 1843 p. 361.
 fort. del. (cf. R. R. 1, 48) nisi aliquid intercidit? LSp. an fuit a spe
 spicae, a culmine culmi? — campo] scapo Scioppius. — 21 sumum F.

- arescunt, Area. Propter horum similitudinem in urbe loca pura Areae; a quo potest etiam Ara Deum quod pura, nisi potius ab ardore, ad quem ut sit fit ara; a quo ipsa area non
- § 39 abest, quod qui arefacit ardor est solis. Ager Restibilis qui restituitur ac reseritur quotquot annis; contra qui intermittitur a novando Novalis ager. Arvus et Arationes ab arando; ab eo quod aratri vomer sustulit, Sulcus; quo ea terra iacta, id
- § 40 est proiecta, Porca. Prata dicta ab eo, quod sine opere parata.
- (p. 40 Sp.¹) Quod in agris quotquot annis rursus facienda eadem, ut rursus capias fructus, appellata Rura. dividi esse iussum scribit Sulpicius plebei rura largiter ad aream. Praedia dicta, item ut Praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis fidem praesent.
- § 41 7. Ubi nunc est Roma Septimontium nominatum ab tot montibus quos postea urbs muris comprehendit, e quis Capitolinus dictus, quod hic, cum fundamenta foderentur aedis Iovis, caput
- (p. 48 Sp.¹) humanum dicitur inventum. hic mons ante Tarpeius dictus

1 arescunt] LSp Über d. Kritik p. 42 sq., Thilo p. 534 sq. et arescant libri. — 'fort. harum' LSp. — 3 adque ut sic fiat are. a quo Lachmann. — fit] sic etiam F. — 7 sulcus] Laetus, sulcos libri. — 8 proiecta] porrecta Augustinus. — sine opera B, sint Scioppius. — 9 rursus rursus F sub finem et ab initio versus. — 10 dividi esse iussum] scripsi, diuidit in eos eius libri. cum pro eius Laetus, agros cum vulg. ex B. praeterea rura F (i add. man. ut vid. 2), dividi tamen esse ius Lachmann, dividit ilico Siccus Müller. conf. LSp Über d. Kritik p. 43, Thilo p. 535. — 11 largitur GHMVabc, largitur p. — praedia F. — 12 pignore] id est pignorei' LSp, pignori vulg. cf. Aug. Müller p. 26. — mancupis] Gesner s. v. praedium, mancupes libri, mancupi Vertranus. — 14 Septimontium] Turnebus, septem montium F cum omnibus libris, erat olim Septimontium Müller, pro quo Septimontium olim vel antea Septimontium malim. Septimontium [olim erat. Septimontium] nominatum LSp olim Emend. Varr. sp. p. 18 not. de foliorum traiectione vid. supra § 23. in libris legitur septem montium demissior e. q. s. — 14 nominatus M, sunt et nomina Laetus, 'fort. nomina tum' LSp. conf. Philol. 32, 92. — 15 Capitolinus dictus] scripsi, Capitolinum dictum libri, 'fort. Capitolinum dicunt vel Capitolinus a Capitolio, Capitolium dictum' LSp. ego bis us scripsi pro um, quod hae syllabae terminantes aliquot locis vix distingui possunt in F. ab hoc voc. incipit frag. Casinense, de quo v. LSp Über d. Kritik p. 47—54, H. Keil Mus. Rhen. VI, 142—45. — 16 Iovis] sic etiam F. — 17 hic] hinc F, Epitome, sed ceteri hic. —

Apr

10. locus emendandus

Leptocarpus : utris loca

colla

Capitolium sichum ford. recte : consti. disciplina

Capitolium

ant. Capitolium : sabin l=f

Tarpeia

f. Tar-suinus
Tar-suthas

struck?

postice victurus (Anschloß) armis = Schloß

'Sahrna' = Italia
Ennius 'Sahrna bellis'

206 v. Chr.
Junius Gracchanus, inaisantibus

docentem

'Sahrna'... sunt scripti

an 'postice muni' sit. : es kommt hier auf beiden für
Zykluszeit zu Sahrna an ; zu 'postice muni' gehört
und 'Sahrna' :

'postice' ad muni an ad parietes spectat :

f. Text: muni sunt

ea sua tunc tunc : hier Lücke - e. Hauptwort

ea (aqua) qua tunc tunc

u - (!)

velut 'transit' : 'velut' hanc

velut hanc : Markplatz in Rom (u. Velia, Velinae)

a virgine Vestale Tarpeia, quae ibi ab Savinis necata armis et sepulta, cuius nominis monimentum relictum, quod etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Hunc antea § 42 montem Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat. antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. eius vestigia etiam nunc manent tria, quod Saturni fanum in faucibus, quod Saturnia porta quam Iunius scribit ibi, quam nunc vocant Pandanam, quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus privatis parietes postici Muri sunt scripti. Aventinum aliquot de causis § 43 dicunt. Naevius ab avibus quod eo se ab Tiberi ferrent aves, (p. 49 Sp.¹) alii ab rege Aventino Albano, quod [ibi] sit sepultus, alii Aventinum ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Ego maxime puto [quod] 15 ab advectu; nam olim paludibus mons erat ab reliquis discus. itaque eo ex urbe advehebantur ratibus, cuius vestigia, quod ea qua vectum, dicitur velabrum, et unde escendebant (p. 50 Sp.¹) ad infimam novam viam, locus sacellum Velabrum. Velabrum § 44 a vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mer-

F fol. 4 b ibi dianae.

1 vestali Laetus. — sauinis] sic FVp. — necata armis necataque sepulta Epitome, unde atque sepulta Brink. — 4 late] Latium Brink. — saturnam F (Groth). — 5 antiquum] a in ras. F. — 6 in hoc . . Saturniam] vulg. ex B, in hac . . . saturnia libri. — 8 uocamus Epitome. — 10 muri Saturnii sunt scripti Brink. conf. Christ Philol. XVI p. 454. — 11 neuius F. — tyberi F. — 12 ab rege albanorum aentino Epitome, 'fort. ab Aventino rege Albanorum' LSp. — ibi] addidit Laetus, om. libri. — 13 aduentinum M recte ut vid. — comune F. — 14 quod om. M, Laetus, 'fort. ab eo quod advectum' LSp. quod servandum putant Müller, Groth. — 16 advehebantur] qui advehebantur ratibus, quadrantem solvebant M, Laetus. — 17 quod de aqua tum Turnebus. — qua vectum] LSp, quatum F, qua tum vehebantur etiam nunc Müller, qua tum ratibus transibant Huschke Serv. I p. 90 — dicitur itur Aldus, ibatur Vertranus, tum descendebant et unde ascendebant B et in marg. vulg. — ascendebant M, Laetus, Epitome. — 18 infimam] Turnebus, fimam libri, rumam M, Laetus. — locus qui dicitur sacellum Epitome. — Velabrum] priore loco labrum libri, larum vulg. ex B, labrum velabrum Laetus.

Spengel, Varro de lingua latina.

cede faciunt. Merces [dicitur a merendo et aere] huic vecturae qui ratibus transibant quadrans. ab eo Lucilius scripsit quadrantis ratiti.]

- § 45 8. Reliqua urbis loca olim discreta, cum Argeorum sacraria septem et viginti in [quattuor] partis urbis sunt disposita. Argeos dictos putant a principibus, qui cum Ercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt. e quis prima scripta est regio Suburana, secunda Esquilina, tertia
- § 46 Collina, quarta Palatina. In Suburanae regionis parte princeps est Caelius mons a Cele Vibenna, Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem. hinc post Celis obitum quod nimis munita loca tenerent neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuscus, et ideo ibi Vortum-

§ 89 iustus numerus. Milites quod trium milium primo legio fiebat ac singulae tribus Titensium, Ramnium, Lucerum milia militum mittebant. Hastati dicti qui primi hastis pugnabant,

(p. 92 Sp.¹) Pilani qui pilis, Principes qui a principio gladiis; ea post commutata re militari minus illustria sunt. Pilani Triarii quod 20 dicti quod in acie tertio ordine extremi subsidio depone-

2 foedus F. — scribit Ennius Laetus. — 4 praetor F. — *fort.* exercitu. *cf.* p. 34, 1. — 5 *inter eos et qui lacun. octo litt. in p.* — attemptasset FMVbc. — 6 oppressum *iret*] *scripsi deleto* hostis, oppressi libri, oppressit vulg. *ex B*, opprimeret Bentinus, '*fort.* qui eo qui ... opprimeret' LSp. — hostis] *h in ras.* F, ut hostes B. — 7 peregre *corr. ex peregra ut vid.* F. — 11 hic] Müller, his libri (is p), haec vulg. *ex B*. — pluribus] *om. B*, Laetus. — copulatur] GH, Laetus, populatur F *cum aliis*. — villa quod] ulla sic .1. dicitur quod V. '*fort.* cohors in villa qua circa' LSp. — 12 eum] illum V. — coereretur] F *cum plerisque*, cohereretur a, coeretur B, coeretur Veneta. *conf.* Vel. Long. ap. Wilm. de Varr. l. gr. p. 183. Christ Philol. XVI, 456, LSp XVII, 291, Riese XXVII, 304. — 13 ipsocrates F, *corr.* Aldus. — graece F (Keil), graece *corr. ex graeco* F (Groth). — *χόρτον*] cohorton F, *corr.* Turnebus. — 14 manipulus . . minima] LSp, Groth, manipulos . . minimas libri. — sequuntur Laetus. — 15 centuriae Laetus. — qui] Müller (*cf.* § 90 praesidium dictum qui), quae libri. '*fort.* quod' LSp. — 17 Ramnensium Laetus. — singula *post* milia *add.* Laetus. — 19 ea] et MVp Laetus, sed Turnebus. — 20 triani F. — 21 extremi] *quidam apud Augustinum*, extremis libri.

Fortuna

22 Pals: 'mendicus a minus, cui cum opus est minus eduli est': flagi-
salus atque substantivum aliquod a verba "cum opus est" f. v. 54 edulum

bantur; quod hi subsidebant ab eo Subsidium dictum, a quo Plautus:

Agite nunc, subsidite omnes quasi solent
triarii.

- 5 Auxilium appellatum ab auctu, cum accesserant ei qui adiu- § 90
mento essent alienigenae. Praesidium dictum qui extra castra
praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Obsidium
dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset. Insidiae
item ab *insidendo*, cum id ideo facerent quo facilius demi- (p. 93 Sp.¹)
10 nuerent hostis. Duplicarii dicti quibus ob virtutem duplicia
cibaria ut darentur institutum. Turma terima, E in U abiit, § 91
quod terdeni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium,
Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum De-
curiones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc
15 terni. Quos hi primo administros ipsi sibi adoptabant, Optio-
nes vocari coepti, quos nunc propter ambitiones tribuni fa-
ciunt. Tubicines a tuba et canendo, similiter [*Cornicines et*], (p. 94 Sp.¹)
Liticines. *Classicos* a classe, qui item cornu [*aut lit*]uo canint,
ut tum cum classes comitiis ad comitatum vocant.
- 20 17. Quae a fortuna vocabula, in his quaedam minus § 92
aperta ut Pauper, Dives, Miser, Beatus, sic alia. Pauper a
paulo lare. Mendicus a minus, cui ~~quam~~ opus est minus

2 Plautus] *conf.* Fest. p. 306 M. — 3 subsidite Laetus, subsidete libri. — 5 ei ii V, *om.* Laetus. — 6 presidium F. — qui] F *cum plerisque*, quod Hb, quia Laetus. *cf.* Reiter quaest. p. 100. — 8 insidiae] LSp Comment. p. 11, in die libri, inde vulg. *ex B.* — 9 insidendo] Studemund *ap. Groth.*, sedendo LSp, absidendo (*post ab*) F, obsidendo GHVp, asidendo a, assidendo Scioppius, ascindendo b, abscindendo Veneta. — 12 tatiensium Laetus. — 16 cepti F. — ambitiones M, Laetus. — 17 cornicines et liticines] *scripsi duce* LSp, *qui*: 'liticines [et cornicines dicebant a lituo et cornu] *classicos a classe*', litigines libri, liticines Rholandellus. — 18 classicus] *scripsi*, ^{classicos} classicos libri. et classicos Laetus. — cornu aut lituo canint] *scripsi*, lituo cornuve canunt Müller, *quod probant* Groth, Reiter p. 90, cornu uo canit F (cornu *corr. ex curnu ut vid.* F (Groth)), cornu uecanit b c, cornu canunt vulg. *ex B.* — 19 ut] ut at V, ut aut p. '*fort. del. cum Mullero*' LSp. — comitatum] Vertranius, comitatum libri. — 21 dives miser beatus] '*fort. mendicus dives*' LSp. — 22 paulo lare] paulola re vulg., pauca re Scioppius. '*fort. parvolo lare*' LSp. — mendicus] miser vulg. *ex B.*, *fort. vere.* *conf.* Isid. 10, 175 p. 337. — quam] *scripsi*, cum libri.

¶nullo est. Dives a divo qui ut deus nihil indigere videtur. (p. 95 Sp.¹) Opulentus ab ope cui eae opimae. Ab eadem Inops qui eius indiget, et ab eodem fonte Copis ac Copiosus. Pecuniosus a pecunia magna, Pecunia a pecu; a pastoribus enim horum vocabulorum origo. 5

§ 93 18. Artificibus maxima causa ars, id est, ab arte medicina ut sit Medicus dictus, a sutrina Sutor, non a medendo ac suendo, quae omnino ultima huic rei. [nomina] earum rerum radices, ut in proximo libro aperietur. quare quod ab arte artifex dicitur nec multa in eo obscura, relinquam. 10

§ 94 (p. 96 Sp.¹) Similis causa quae ab scientia vocantur aliqua ut Praestigiator, Monitor, Nomenclator; sic etiam quae a spatio quodam dicuntur, Cursor, Natator, Pugil. etiam in hoc genere quae sunt vocabula, pleraque aperta, ut Legulus, alter ab oleis, alter ab uvis. Haec si minus aperta Vindemiator, Vestigator 15 et Venator, tamen id est, quod Vindemiator vel quod vinum legit dicitur, vel quod de viti id demunt; Vestigator a vestigiis ferarum quas indagatur; Venator a ventu, quod sequitur ferarum adventum et inventum.

F fol. 7 b nel quod de uiti.

1 nullo] *delevi*, hilo Palmerius, nihilo Scioppius *in marg.* 'fort. ullo' LSp. — qui ut] ut qui ut F, *sed prius ut erasum.* — nichil F. — 2 opulentus] *ante hoc inserit vulg.*: Beatus qui multa bona possidet, quae in nullo codice apparent. — ea opima Augustinus. — 3 copis] Turnebus, copiis libri, copiae Laetus, 'fort. cops' LSp. — ac] et Laetus. — 4 a pecu a] apecua F *cum multis.* — 6 maxuma GH. — ab arte] *ab supra lin. add. F man. ut vid. prima.* — 8 ultima huic rei] ultimae (om. huic rei) Müller. 'conicias ultima nec harum rerum, *sed praestat Scaligeri iudicium*' LSp. *vid. infra ad 9.* — nomina] *addidi coll. VIII § 13:* prius enim nomen est quam verbum. — 9 proximo F, proximo reliqui. *ceterum in proximo libro de his rebus nihil scriptum est.* 'fort. in proximo libro' LSp. — radices in p. 1. aperientur Scaliger. — 'fort. quod ut ab . . dicuntur' LSp. — 11 vocantur] M, vulg. *ex B*, uocatur ceteri. — 12 spatio] studio Scioppius. 'fort. ab agitatu vel actione quadam coll. VIII, 15' LSp. — 13 'fort. ut cursor' LSp. — natator] *in quo F cor correxisse videtur ex tor.* — 14 legulus] legulus et vindemiator vulg. *ex B. alia C. L. Roth Philol. XVII, 175. 'nihil deest, vid. VI § 66'* LSp. — 15 uestigiator GHM, *sic etiam infra.* — 16 id est] vulg. *ex B*, idem libri. — 17 legit] LSp, legere libri. — demit Laetus. — 18 quas indagatur] quasi indagator Laetus. — uentu] FHa, uenatu ceteri, vento *quidam ap. Augustinum, probavit LSp. conf. Stünkel p. 15.* — 19 ferarum]

artifices

β) de perrot
omestis

11
haec
quod
fundat
i et qui
appella
res a
publico
actum
hic est
Torus
dicitur
et in
quod
scrip
pax
una
pax
citi po
veter
L. 11
3. 2
i neg
coll. 11
Form
6. 1
libr
dico
per
8. 1
cu
cu
m
M
se
se
e
7
o

19. Haec de hominibus. hic quod sequitur de pecore, § 95
 haec. Pecus ab eo quod perpasebant, a quo pecora universa. (p. 97 Sp. 1)
 Quod in pecore pecunia tum pastoribus consistebat et standi
 fundamentum pes, a quo dicitur in aedificiis area pes magnus
 5 et qui negotium instituit pedem posuisse, a pede pecudem
 appellarunt, ut ab eodem Pedicam et Pedisequum et Peculiabes
 oves aliudve quid; id enim peculium primum. hinc Peculatum
 publicum cum primum pecore diceretur multa et id esset co-
 actum in publicum, si erat aversum. Ex qua fructus maior, § 96
 10 hic est qui Graecis usus: [*Sus*] quod $\delta\varsigma$, Bos quod $\beta\omicron\upsilon\varsigma$, (p. 98 Sp. 1)
 Taurus quod $\tau\alpha\upsilon\rho\varsigma$, item Ovis quod $\delta\omicron\varsigma$; ita enim antiqui
 dicebant, non ut nunc $\pi\rho\acute{o}\beta\alpha\tau\omicron\nu$. possunt in Latio quoque
 ut in Graecia ab suis vocibus haec eadem ficta. Armenta
 quod boves ideo maxime parabantur, ut inde eligerent ad (p. 99 Sp. 1)

*scripsi, feram quidam apud Augustinum, uerbum libri, cerbum Sciop-
 pius, cervum Scaliger. — ad ventum et in ventum quidam apud Augusti-
 num. — 2 perpasebant FHM a c, perpasebat b B, perpascat vulg.,
 pasebant G V p, quod verum videtur, nisi forte prata vel agros inter-
 cidit post per. Schol. Virg. Georg. 4, 168: Varro ait pecus a pascendo
 veteres omne animal dixerunt. conf. Lachm. Mus. Rhen. VI p. 106,
 LSp Über d. Krit. d. V. p. 22—27. — pecora] pecunia Augustinus. —
 3 consistebat pastoribus F, quem ordinem plerique libri retinent. —
 5 negotium] fundamentum M, Laetus. — posuisse F¹, posuisse Groth
 coll. IX § 34, ubi F imposierint et VIII § 8 ubi imposiuerunt. conf. Neue,
 Formenl. II² p. 490. — pecudes (s corr. ex m) G, pecudes HM, Laetus. —
 6 peculiare] scripsi (ut Plaut. Merc. III, 1, 27 ovem peculiarem), peculioriae
 libri, nisi quod p fort. peculacoriae (non facile enim in hoc c et t
 discernuntur), peculia, tori ac Müller, peculia a pecore Turnebus,
 peculiariae Lachmann. 'fort. peculium, rei pecuariae boves' LSp. —
 8 furtum publicum Vertranius, publicum pecus Thilo p. 526. — publicum
 cum primum] scripsi duce LSp, qui publicum primum cum coniecit, publi-
 cum primo ut cum libri, tum pro ut Müller. — primitus cum . . .
 multa quod esset Huschke Die Multa p. 114. — esse libri, corr. vulg.
 — 9 aduersum MB, Laetus. — qua] scil. pecude, quo Müller. — 10 hic]
 Müller, hinc libri. — qui] quod M, Laetus. — grecis F. — usus]
 scil. vocabulorum. — sus] om. libri. — h^{oc}YS F (ov supra ser. m. rec. quod
 scrib. erat supra BVS). — BVS F. — 11 taurus] acturus V p. — $\tau\alpha\upsilon\text{-}$
 $\rho\omicron\varsigma$] om. libri, add. B, Rholandellus — $\delta\omicron\varsigma$] Bentinus, ois libri.
 — 12 probaton F. — latino GHM, Laetus. — 13 grecia F. — ficta]
 'fort. dicta' LSp. sed conf. supra § 69. — 14 maxime GH. — parabant
 corr. ex parabantur F (Groth), parabantur F (Keil), ceteri.*

- arandum; inde Arimenta dicta, postea I tertia littera extrita. Vitulus quod graece antiquitus *ιταλός*, aut quod plerique vegeti [ut] Vegetulus. Iuvenus, iuvare qui iam ad agrum co-
- § 97 lendum posset. Capra carpa, a quo scriptum Omnicarpae caprae. Ireus quod Sabini Fircus; quod illic Fedus, in 5 Latio rure Edus; qui in urbe, ut in multis A addito Aedus.
- (p. 100 Sp.) Porcus quod Sabini dicunt aprinum porcum por; inde Porcas, nisi si a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum
- § 98 est porcae porcoe. Arius quod ei dicebant *ἀρρην*, veteres nostri Ariuga, hinc Arvigas. Haec sunt quorum in sacrificiis 10 exta in olla, non in veru coquantur, quas et Accius scribit et
- (p. 101 Sp.) in pontificiis libris videmus. in hostiis eam dicunt Arvigam quae cornua habeat. Quoniam si cui ovi mari testiculi dempti
- § 99 et ideo ut natura versa, Vervex declinatum. Pecori ovillo

1 arimenta] armenta M V p, aramenta Laetus. *conf.* Isidor. XII, 1, 8. — i] F, 'a.' p, om. ceteri. — 2 grece F. — italos libri (itales V), itulus Laetus, *ιτοῦλος* vulg. *ex* B. — 3 ut] *add.* LSp. — vegetulus Laetus, uigitulus libri (uegeticulus G). — iouare F. — 5 sauini F *cum plerisque*. — quod] 'fort. ut quod' LSp. — fedus F. — 6 rure edus] rure qui in urbe hedus F *sed deletis* qui in urbe *verbis*. 'fort. ruri edus, in urbe' LSp. *conf.* Lachm. ad Lucret. p. 143, Mommsen Unterital. Dial. p. 358. — 7 sauini F M V p, sabino H, sabini ceteri. — dicunt] Laetus, dicto libri. — aprinum porcum] LSp, apruno porco F (Keil) G, aprino porco F (Groth), a pruno porco c, de aprino porco B vulg., a primo porco ceteri. *conf.* Mommsen p. 352. — por inde] Turnebus, poride F *cum aliis*, poridie G H, poridiis inde B, poridus inde vulg. — 8 grecis F. — scripta F H V a b c p. — 9 porcae porcoe] *scrib. vid.*, porcae porco F H, porce porco G M a b c p, *lacun. in* B, *ἀρρην καὶ πόρρον* vulg. — quod] G H vulg., qui ceteri. — ei] *scripsi*, eam libri, eum vulg. *an quem pro* qui eam? — ἀρρην] *scripsi*, ares libri. 'fort. quod Graeci diceb. ἀρρην' LSp; *hoc ἀρρην etiam* Müller. *conf.* Lindem. ad Fest. p. 447. — 10 ariuga] Fa, aruiga ceteri, aringa Ursinus *ap. Scioppium*, Scaliger, aruga Donat. ad Ter. Phorm. IV, 4, 28, *fort. reddendum huic loco.* *conf.* Ribb. tr. fr.² p. 227. — ariugas Fa, aruigas ceteri, arvignus B, Laetus. — quarum vulg. — sacrificiis] *sic* F. — 11 olla] G V, ollo F *cum aliis*. — 12 pontificalibus vulg. *ex* B. — hostis] *conf.* ad p. 14, 6. hostiis Rholandellus. — arvigam] Müller, ariugem libri, aruigem p, Laetus. — 13 habet vulg. *ex* B. *interpunxi post* habeat. — si] Lindemann, is libri. — 14 ei] *scripsi*, et libri. — vi] Scioppius, ut libri. — uerbex F. — declinatum] 'fort. dictus' LSp.

πρωτεύουσα ἑστῆ

ποεκα

fort. quom (-wahrend) pro 'quomiam' (qm). Cetera non mutanda

sera

inter Rel. 1816 p. 12: Levi-pu

quod agnatus, Agnus. [Catulus] A^a sagaci sensu et acuto Ca<sup>eadem modo; canes - canes
appellati' VII 32</sup>tulus; hinc Canis, nisi quod, ut tuba ac cornua [quod] signum cum dent, canere dicuntur, quod hic item et noctu [lucus] in (p. 102 Sp. 1) custodia et in venando signum voce dat, Canis dictus.

- 5 20. Ferarum vocabula item partim peregrina ut Panthera, § 100
Leo; utraque graeca, a quo etiam et rete quoddam Pantherum
[et Leaena] et muliercula [Pantheris et] Leaena. Tigris qui
est ut leo varius, qui vivus capi adhuc non potuit; vocabu-
lum e lingua armenia; nam ibi et sagitta et quod vehemen-
10 tissimum flumen dicitur Tigris. Ursi Lucana origo vel, unde
illi, nostri ab ipsius voce. Camelus suo nomine syriaco in
Latium venit, ut Alexandria Camelopardalis nuper adducta, (p. 103 Sp. 1)
quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera. Apri ab § 101
eo quod in locis asperis, nisi a Graecis quod hi caproe.
15 Caprea a similitudine quadam caprae. Cervi quod magna
cornua gerunt, [ut] Gervi, G in C mutavit ut in multis. Lepus
quod Siculi quidam Graeci dicunt λέποριν. a Roma quod orti

1 catulus] omisi, Müller posterius delet post acuto. — acuto] exspectes cato. an sic scribendum Catulus a . . . acuto ut Acutulus? — 2 tuba] 'fort. tubae' LSp. — cornua corr. ex corpua F. et cornu Laetus. — quod] delevi, 'fort. quae' LSp. cornu aliquod signum Müller. — 3 dent] Victorius, dente libri, dant vulg. — noctu lucus F cum aliis, noctuculus HMbc Laetus, nocticulus GB. noctu lucuque Müller, prob. Reiter p. 83. conf. Bergk Annal. phil. CI, 829. mihi del. videtur aut lucus aut noctu lucus ut ex § 68 illatum, nisi forte fuit et noctu in custodia et luci in venando. — 5 peregrina] 'fort. peregrina partim vernacula; peregrina' LSp. — 6 leo] 'hic fort. reponenda: panther leo et muliercula pantheris et lea; utraque' LSp. — graeca F et infra leena. — graeca et leaena et muliercula pantheris et leaena tigris qui est varius ut leo panther a quo et recte G. — etiam et] etiam in M, Laetus, fort. etiam est. in F etiam legi non notavit Keil. — pantherum et muliercula Leaena] scripsi, panther et leaena et muliercula pantheris et leaena libri. — 8 ut om. LSp. — varius ut leo G, varius om. Ha. — 11 nostri] nomen Reiter p. 118. — 12 alexandre a corr. ex alexandrea F, alexandria Laetus, alexander a Gbc. — 14 grecis F. — caproe] Groth, aproe F cum plerisque, capron G, απρ H, κάπροι Bentinus, κάπρος Aldus, apros Laetus. — 16 ut gervi] LSp, gerui M, Laetus, cerui p, corui F cum ceteris. fort. del. corui ut corrupte ex marg. illatum. — mutavit] mutata b et post gervi positum Laetus, mutato vulg. — 17 Siculi] LSp, siculis libri, e Siculis Aldus, in Siculis B. — greci F. — Leporin F, leporem Laetus, λέποριν B.

Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen. Volpes, ut Aelius dicebat, quod volat pedibus.

§ 102
(p. 104 Sp.¹)

21. Proxima animalia sunt ea quae vivere dicuntur neque habere animam, ut virgulta. Virgultum dicitur a viridi, id a vi quadam humoris; quae si exaruit, moritur. Vitis quod ea vini origo. Malum quod Graeci Aeolis dicunt *μαλον*. Nux iuglans, quod cum haec nux antequam purgatur, similis glandis, haec glans optima et maxima a Iove et glande iuglans est appellata. Eadem Nux, quod ut nox aerem huius

§ 103
(p. 105 Sp.¹)

sucus corpus facit atrum. Quae in ortis nascuntur, alia peregrinis vocabulis ut graecis Ocimum, Menta, Ruta, quam nunc *πήγανον* appellant; item Caulis, Lapathium, Rapum; sic enim antiqui Graeci, quam nunc *δάφανον*; item haec graecis vocabulis Serpyllum, Rosa, una littera commutata; item ex his graecis latina *κολιανδρον*, *μαλάχη*, *κύμινον*; item Liliū ab *λειρίω* et Malva ab *μαλάχη* et Sisymbrium a *σισυμβρίω*.

(p. 106 Sp.¹)

§ 104
(p. 107 Sp.¹)

Vernacula: Lactuca a lacte, quod olus id habet lact; Brassica ut praesica, quod ex eius scapo minutatim praesicatur; Asparagi

F fol. 8 alia peregrinis . . . fundunt.

2 id] id *corr.* ex hoc F. — volpes] vulpes quasi volipes, melius puto lepus quasi levipes, quamvis declinatio ob stare videatur, ut convenientius hoc illi quam vulpi, quod sequitur *in marg.* p. — 4 proxime Turnebus *ex codice suo in quo proxima me, in p non apparet me.* proxima H. — 7 greci eolis F. — malon F. — 8 nux iuglans] *scripsi, ut est apud Plinium et Celsium,* pinus iuglans libri, *lacunam post pinus Müller, LSp olim. 'desidero piri originem'* LSp. pirus . . . iuglans Groth. — 9 optima et maxuma H. — 12 grecis F. — ocinum G. — 13 ΠΕΓΑΝΟΝ F. — lapathium F. — rapum] Müller, radix libri. — 14 greci F *constanter.* — *δάφανον*] Scaliger, raphanum libri. — *'fort. item ex graecis'* LSp. — 16 *'fort. graecis zoριανον κύμινον latina coriandrum cuminum; item liliū λειρίων, malva μαλάχη, sisymbrium σισυμβρίων'* LSp. — coliadron libri, coriandron Laetus. — malachen cyminon libri. — 17 λειρίω] lilio libri. — malba F. — malache libri. — sisymbrium libri. — asysimbrio F. — 18 lactuca] M, Laetus, lacte F *cum ceteris.* — lact] F, lac ceteri. *conf. Ritschl Opusc. II p. 330 sq. 571—579. LSp Philol. XI p. 402. A. Müller p. 24.* — brassica] Laetus, blassica libri. — 19 praesica] Turnebus, passica libri, praeseca Aldus. — praesecatur Aldus, praesiccatur Laetus.

*Placitum post pinus
note indicavit LSp.*

γ) flantoe

III. de humoris abstractis
1. de vichu

quod ex asperis virgultis leguntur et ipsi scapi asperi sunt, non leves; nisi graecum; illic quoque enim dicitur ἀσπάραγος. Cucumeres dicuntur a curvure ut curvimeres dicti. Fructus, a ferundo, res eae quas fundus et ea quae in fundo ferunt ut
 5 fruamur. hinc declinatae Fruges et Frumentum, sed ea e terra; etiam frumentum *ad* exta ollicoqua solet addi ex mola, (p. 108 Sp.¹) id est ex sale et farre molito. Uvae ab uvore.

22. Quae manu facta sunt dicam de victu, de vestitu, § 105
 de instrumento et si quid aliud videbitur his aptum. De
 10 victu antiquissima Puls; haec appellata vel quod ita Graeci vel ab eo unde scribit Apollodorus, quod ita sonet cum aquae ferventi insipitur. Panis quod primo figura faciebant ut mulieres in lanificio panus; posteaquam ei figuras facere instituerunt alias, a pane et faciendo Panificium coeptum dici.
 15 hinc Panarium ubi id servabant, sicut Granarium ubi granum (p. 109 Sp.¹) frumenti condebant; unde id dictum, nisi ab eo quod Graeci id κρόκη, a quo a Graecis quoque granum dictum in quo ea quae conduntur. Hordeum ab horrido. Triticum quod tri- § 106

2 ἀσπάραγον a, asparagus FMV p, lacun. G, om. bc Laetus. — 4 a ferundo] a fruendo Groth coll. p. 15, 19. fort. del. — ea equas F cum multis. eae scil. sunt. — et ea quae] scripsi, et ea eque F cum plerisque, et eae quae ceteri, nisi quod ut pro et Vp. et eae quas quae Müller, Lachmann Mus. Rhen. II (1843) p. 361. — feruntur Aldus. — 6 ad exta] scripsi, quod exta libri, quod ad exta Turnebus. — ollico quo libri, corr. Turnebus. — solet] sic F. — 7 uvae ab uvore om. Vp. — uvore] humore H, humore aliter ab uvore G. — 8 conf. LSp Emend. p. 14—17. — 11 quom a. — aquae] Scioppius, aqua libri. — 12 fervente G, fruente H, fervens ei Gothofredus. — quod primo] fort. primo quod. — 13 panus] cf. Aug. Müller p. 36. — postea quam] F cum plerisque, postquam G M b, posteaque vulg., postea Müller. — 14 ceptum F. exspectes: alias, panis coeptum dici, hinc vel omissis a pane et fac. panificium verbis vel post dici positus. — 15 granum om. G. — 16 frumenti 'fort. del.' LSp. — 17 ΚΡΟΚΗ FMV, κρο Η a, lacun. G b c p. vocabulum corruptum. — a Graecis] 'a melius abest' LSp. — granum] 'latet vocabulum graecum' LSp. — in quo] et in quo vulg. — 18 ea quae] eadem Laetus. — hordeum] c, horreum ceteri. Apuleius p. 107 Os.: hordeum per commutationem a graecis sumsimus on conversa in u m. horreon enim graece, horreum latine. Marcus tamen Varro in libro de origine latinae linguae ab hordeo horreum derivatum aspirat, hordeum vero ab horrore tractum dicit, quo malo autore male olim conieci: ab horrido, inde hordeum. triticum, ut nuper

tum e spicis. Far a faciendo, quod in pistrino fit. Milium a graeco; nam id *μῆλιον*. Libum quod ut libaretur, priusquam essetur, erat coctum. Testuacium quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae. Circuli quod mixta farina et caseo et aqua circuitum acquabiliter fundebant. Hos quidam qui magis incondite faciebant, vocabant Lixulas et Similixulas vocabulo *sabino*; itaque frequentantur a Sabinis. A globo farinae dilatato item in oleo cocti dicti a globo Globi. Crustulum a crusta pultis, cuius ea quod ut corium exiit, crusta dicta. Cetera fere opera a vocabulis graecis sumpta ut Thrion et Placenta. Quod edebant cum pulte, ab eo Pulmentum, ut Plautus. hinc Pulmentarium dictum. hoc primum defuit pastoribus. Caseus a coacto lacte ut coaxeus dictus; dein posteaquam desierunt esse contenti his quae suapte natura ferebat sine igne, in quo erant poma, quae minus cruda esse poterant decoquebant in olla. ab olla Olera dicta, quorum a gerere cruda olera. e quis ad coquen-

Wilmanns p. 132: horreum ab hordeo, hordeum ab horrido' LSp. — orrido F. — 1 e] ex Vp, est M, Laetus. — 2 ΜΕΛΙΝΗⁿ (supra scr. ut vid. H) F, ΜΕΔΙΝΗ M, ΕΛΤΝΗ V, lacun. Gabcp, om. H, prius μῆλιον, post μεδιον B (μῆλιον et μεδιον vulg.), μῆλιον Aldus. — 3 essetur] Turnebus, esset ut libri. — testuacium] sic F. testicium Groth coll. Cat. R. R. 74 Schn. — 4 matronae circuli] matrone nostre praecipue circuli Vp. — 6 fundebant] fingeant Groth. — hos] LSp et Mommsen Unterit. Dial. p. 352, hoc libri. — 7 similixulas] F cum multis, similixulas alii, semixulas H. — sauino] sic FMVp. — itaque frequentantur a] scripsi, itaque frequentia libri. 'fort. quod frequentati' LSp. — 9 a globo] om. Müller. — globi] globuli Laetus, glomi ex Paul. Diac. Georges Philol. XXXIII p. 226. — 10 exiit] Müller, exiit libri (exiit F (Keil), et uritur F (Groth)). — opera] aperta Groth. — 11 thrion] θρόλλον καὶ τρώγον B, vulg. — 12 pulmentum] Charis. p. 73 K.: Varro autem ad Ciceronem V pulmentum ait, quod id cum pulte essent, et inde pulmentarium dictum. — Plautus] Plauti verba intercidisse vid. — 13 defuit] scripsi, debuit libri, fuit August. marg. 'fort. quod debebant vel debitum' LSp. — coacto] cocto p Laetus, cotto V. — 14 coaxeus] vulg. ex B, coxeus libri. — dein] deinde Laetus. — 16 minus cruda] 'fort. cruda minus vel nimis cruda esse non poterant' LSp. — 17 quorum agerere F aut gen corr. ex ger (Groth) aut ger corr. ex gen (Keil), quorum a genere ceteri, quare degenera Müller, quoniam genere Reiter p. 38 sq. ego quod earum (scil. est) macerare vel quod in ea macerantur vel simile fuisse censeo. scilicet

dum quod e terra ruitur, Ruapa, unde Rapa. Olea ab elaea; olea grandis Orchitis, quod eam Attici ὄρχιν μοσχλιν. Hinc § 109 ad pecudis carnem perventum est. [Ut ab sue] Suilla sic ab aliis generibus cognominata. hanc primo assam, secundo
 5 elixam, tertio e iure uti coepisse natura docet. Dictum Assum quod id ab igni assudescit; succidum enim quod humidum, et ideo ubi id non est, sucus abest; et ideo sudandum (p. 113 Sp.¹) assum destillat calore, et ut crudum nimium habet humoris, sic excoctum parum habet suci. Elixum e liquore aquae
 10 dictum, et ex iure, quod iucundum magis conditione. Suc- § 110 cidia ab suis caedendis; nam id pecus primum occidere coeperunt domini et ut servarent sallere. Tegus suis ab eo (p. 114 Sp.¹) quod eo tegitur. Perna a pede; Sueris a nomine eius. Offula ab offa, minima suere. Insicia ab eo quod insecta caro,

F fol. 8 b offula ab.

1 e terra ruitur] *scripsi*, e terrae rure libri, e terra erueretur Turnebus, *fort.* e terra eruerunt' LSp. quod rueret e rure vulg. *ex B.* — elea libri, *corr.* Victorius. — 2 attici] LSp, attico F, antiquo M, antiquam H, antiqui abc, antiquitus B, Laetus. — ὄρχιν μοσχλιν] *scripsi*, orchen mora F, orchenmora alii, ὄρχιμοσχλιν Buttman, orchimorian Müller. — 3 ut ab sue] *addidi*. perventum est ut suilla B, perventum. ut suilla Müller. *fort.* suillam, ovillam, sic ab illius generibus cognominatam' LSp. — suilla *corr. ex* suilli F. — ab aliis] Müller, ab ilis F, habilis Vp, ab illis ceteri. *fort.* ab suis. — 4 hanc] vulg. *ex B.* hinc libri. *fort.* hac .. assa .. elixa' LSp. — 5 cepisse F. — docet] *expectes* docuit, quod etiam LSp olim voluisse videtur. — *fort.* assum dictum' LSp. *immo recte* dictum assum quod iam supra positum est assam; *conf.* VI § 8 dicta bruma, VII, 95 dictum mandier *al.* — 6 assuescit F¹. — succidum] *scripsi*, ubidum F, uuidum ceteri. — 7 ideo] inde Müller. *fort. del.*' LSp. — sudando Laetus. — 8 calore] vulg. *ex B* qui enim praemittit; calorem libri, humorem Müller. *fort.* humidum et ideo sudandum assum destillat calore et ubi id non est sucus abest' LSp. — 10 et] *fort. del.*' LSp. — iure] G, Laetus, iuro F, unde plerique viro. — conditione] conditione suci Laetus. — 11 cedendis F. — 12 ceperunt F. — sallere] c, sallire F, salire ceteri, salere vulg. Diomed. p. 375 K: Sallior frequens videtur et tritum, ut perfecto tempore salsus sum dicamus. sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes Sallitus sum dixerunt a positione sallo, non sallio, ut... Varro ad Ciceronem quinto: ut servarent sallere. — tegus] tergus Laetus. — 13 sueris] sueres Scaliger. — a nomine] ex abdomine Müller. — 14 ab offa] dicta ab offa Laetus, dicta ut offa vulg. *ex B.* — minime p. — sue re F, suerae H, in suere B, Scioppius, in

ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc prosectum. Murtatum a murta, quod ea ad[ditur] large fartis.

§ 111 Quod fartum intestinum crassundiis, Lucanam dicunt, quod (p. 115 Sp.¹) milites a Lucanis didicerint, ut quod Faleriis, Faliscum ventrem. Fundolum a fundo, quod [non ex] utraque parte sed ex una parte sola apertum; ab hoc Graecos puto τυφλὸν ἐν-τερον appellasse. Ab eadem fartura Farcimina extis appellata, a quo in eo quod tenuissimum intestinum fartum, Hila dicta ab hilo, quod ait Ennius:

neque dispendi facit hilum. 10

(p. 116 Sp.¹) Quod in hoc farcimine summo quiddam eminet, ab eo quod ut in capite apex, Apexabo dicta. Tertium fartum est Lon-

§ 112 gavo quod longius quam duo illa. Augmentum quod ex immolata hostia desectum in iecore im[ponitur in] porriciendo agendi causa. Magmentum a magis quod ad religionem magis 15

sue vulg., e suere Müller, 'fort. minima in sue re' LSp, sueris Groth, LSp olim. fort. suis parte — 2 murta] murtua H, myrto vulg. ex B, murto Turnebus. — ea additur large] scripsi, eo ad large F cum aliis, eo a large V cp, eo ab large a, eo large b, ea large Laetus. — fartis] fartum Rholandellus prob. ut vid. LSp. — 3 crassundiis] F, crassundus ceteri, crassum B, Aldus, in crassundiis Müller, e crassundiis Georges. — lucanicam Laetus. conf. Charis. p. 94 K. — 4 didicerint] FGH abc, didiceretur p, didicerunt MV, Laetus fort. recte. — faleris MVP Scioppius. — 5 non ex] om. libri, non add. Aldus, ex LSp Über d. Krit. p. 46. — utraque parte] LSp, ut reliquae partes libri. conf. § 62, 145, IX, 4, 99. — 6 TYphlonentepon F, TYPLONENTEpon M, TYPLIONEMTEpon V, lacun. in aliis. conf. Isidor. XI, 1. 131. — 7 extis] in extis vulg. ex B. an ex extis? — 8 a quo in eo quod] in quo quod Müller. 'intercidisse aliquid videtur' LSp. — tenuissimum] testinuissimum MV ac p,

ab hilo
testinuissimum corr. ex testinumissimum F. — hila dicta. Hilo quod F¹ et omissis supra scriptis H, hila dicta ab hilo (ilo p) hilo quod G M V p. hila ab hilo dicta id est minimo quod Laetus. — 10 dispendii libri, dispendei vulg. ex B. — 11 [eminet] vulg. ex B, seminet libri. — 13 illa] hila Laetus. — augmentum G bc, Aug. Müller p. 14, agumentum Laetus, item B supra scripto xal agumentum. conf. Schuch ad Apic. 7 § 264 p. 135. — 14 imponitur in porriciendo] scripsi, 'fort. in porriciendo' LSp olim, imponendo F H V ac p, imponendo b, vulg. ex B, in poriendo ceteri, in ponendo Laetus. in cod. F post im novus versus incipit. desectum iecore in porriciendo Christ. — 15 augendi] Turnebi cod., agendi libri. — magmentum] M, vulg. ex B, magmentum ceteri, magnetum Laetus.

Fappellata. In quibus quod
tenuissimum? hinc hinc
2 in quo Ta filo p. 147

(quom in hoc? hinc hinc
est in capite? "

...ur sunt pro-
...laris facti
...dunt, qui
...falsum vo-
...que parte sei
...in exilio lo-
...in appe-
...fuerunt, Ha

ad eo quod
...um est Lo-
...quod ex in-
...peticione
...lonem magi

...eris Groth,
...e vulg. or B,
...p I cum alia,
...na. - fatis
...f, exasanda
...undis Geor-
...undis) FOE
...falis MVp
...e Ldy Obr
...i. conf. 14.
...PCN M, 76.
...7 exte in er-
...quod Malle-
...man MVasp.

...illo quod P
...quod GMVp
...pendit libri,
...eri. f. 13 Ha
...a, argumentum
...ach ad Apic. 7
...in peticione
...B, in peticione
...us dicitur de-
...arneri ced.
...eteri, magi-

[The main body of the page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the leaf. The text is too light to transcribe accurately.]

de vobis

perline
ceris q
rep
s Purp
nis p
omne
Tran
dent
Hil
cum
filo
—
— fa
2 nat
HV, s
MATT
valg
e gra
in qu
hac
Gat
obro
caus
— jo
Lact
ad L
P.
rel
si
pas
ce
del
p
gn
Ac
cit
G.
par
dini
tue
Ri

pertinet; itaque propter hoc magmentaria fana constituta locis certis quo id imponeretur. Mattea ab eo quod ea graece $\mu\alpha\tau\text{-}$ (p. 117 Sp.¹) $\tau\acute{\upsilon}\eta$. Item graeca singillatim Heleosinum, Bulbum.

23. Lana Graecum, ut Polybius et Callimachus scribunt. § 113
 5 Purpura a purpurae maritumae colore, Poenicum quod a Poenis primum dicitur allata. Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamentum. Subtemen quod subit stamini. (p. 118 Sp.¹)
 Trama quod trameat frigus id genus vestimenti. Densum a (p. 119 Sp.¹) dentibus pectinis quibus feritur. Filum quod minimum est
 10 hilum; id enim minimum est in vestimento. Pannus graecum, ubi $\pi\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$. Panuvollium dictum a pano et volvendo § 114
 filo. Tunica ab tuendo corpore, tunica ut *tuica*. Toga a te-

1 magmentaria] Turnebus, mentarea libri, montana B, Laetus. — fana] libri, cana Salmasius ad Solin. p. 129 B, vasa Turnebus. — 2 mattea] LSp, Groth, mattae FMa, matae vulg. ex B, mathee G, matte HV, macte b c. — ea graece] graeci Laetus. — $\mu\alpha\tau\tau\acute{\upsilon}\eta$] LSp, Groth, MATTYE FMV, Matrye p, $\mu\alpha$ H, lacun. Ga, om. b c, $\mu\acute{\alpha}\tau\iota\alpha\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\mu\acute{\alpha}\tau\iota\alpha\iota$ vulg. ex B. — 3 graeca] scripsi, grecis vel graecis libri, 'fort. a vel e graecis' LSp, graeci Laetus. — heleosinum] conieci, heç. Ouum F¹, *scit* in quo ee. Ouum corr. man. ut vid. 1, atque ita V p, esse ouum H, ouum G, haec ouum ceteri. — bulbum] BVLBVM FMV, B (sic) H, 'uulb' p, lacun. Ga c, om. Laetus cum B. — ovum bulbum om. Müller lacuna addita; ciborum enim ex carne confectorum plura vocabula graeca intercidisse censet. — 4 lana] haec non cohaerent cum iis quae praecedunt. vid. praef. — polibius F. — et] ut GH. — 5 purpure maritumae F. — colore] G, Laetus, colerent ceteri cum F, colore et Müller, colore ut Lachm. ad Lucr. II, 829. — Poenicum] penicum F, expectes Poenica. — pennis F¹. — 6 allata] allegata p, albatum c, allatum Laetus. — 8 trameat] vel traviat Turnebus, tramat libri. — frigus] filum Augustini amicus. si sana est librorum lectio, sic interpreteris: trama nominatur, quod genus aliquod vestimenti, cui et ipsi tramae nomen est, frigus trameat. conf. Plin. 11, 81, ubi trama significat texta aranea; quibus simile videtur fuisse genus illud vestimenti. — 9 pectinis corr. ex pectinii ut vid. F (Groth). — minimum] 'fort. del.' LSp. — 10 graecum] vulg. ex B, grecus vel graecus libri. — 11 ubi $\pi\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$] conieci. etiam LSp 'fort. ubi Aeolis $\pi\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$ ' olim adscripsisse invenio. ubi ea fecit libri. ubi ea facit Laetus, qui eum faciunt Müller, om. vulg. ex B. — pannuclium G, panuclium Ha, pannuclium M, pannuclium p. panuclium F quod panuvollium scripsi. — 12 tuica] conieci; nisi forte haec tunica ut induca ab alio addita sunt. induca b, indica F cum ceteris, induca Laetus. 'an tuenica vel manica?' LSp. alia Christ Philol. XVI p. 456, Riese XXVII p. 305. conf. LSp Philol. XVII p. 291.

gendo. Cinctus et Cingillum a cingendo, alterum viris, alterum mulieribus attributum.

- § 115 24. Arma ab arcendo, quod his arcemus hostem. Parma
(p. 120 Sp.¹) quod e medio in omnis partis par. Conum quod cogitur in
cacumen versus. Asta quod astans solet ferri. Iaculum quod 3
ut iaciatur fit. Tragula a traiciendo. Scutum [a] sectura ut
secutum, quod a minute consecit^s fit tabellis. Umbonis a
§ 116 graeco, quod ambonis. Gladium C in G commutato a clade,
quod fit ad hostium cladem gladium; similiter ab omine Pi-
(p. 121 Sp.¹) lum, qui hostem ferirent, ut periculum. Lorica quod e loris de 10
corio crudo pectoralia faciebant; postea subcidit gallica e ferro
sub id vocabulum, ex anulis ferrea tunica. Balteum quod
cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. Ocrea
(p. 122 Sp.¹) quod opponeretur ob crus. Galea ab galero quod multi usi
§ 117 antiqui. Tubae ab tubis, quos etiam nunc ita appellant tubi- 15
cines sacrorum. Cornua quod ea quae nunc sunt ex aere,
tunc fiebant bubulo e cornu. Vallum vel quod ea varicare
nemo posset, vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata
habent figuram litterae V. Cervi ab similitudine cornuum

1 cingulum GH, cingulum M, Laetus. — 5 acumen GH. — uorus G. — sollet in F esse testatur Groth. — 6 a] add. Laetus, om. libri. — 7 a minute] amineute corr. ex aminuti F (Groth). amineute p, minute vulg., e minute Müller. — consecit^s] Augustinus, Müller, consecutum libri. — fit] sit a b Aldus, sic p. — a graeco] aut a graeco vel Laetus. — 8 quod] ut M. — ἀμβωνες Turnebus. — gladium] LSp, gladius libri. conf. VIII, § 45, R. R. I 48, 3. — C in G] G in C FGHVa, sed litterae in F tam sibi similes sunt ut vix discrepent. — 9 ad] ob GH. — gladium] fort. del. — omine] vulg., homine libri. — 10 qui] quod Laetus, quo Vertranus. — hostem] hostis vulg. ex B. — ferirent] scripsi, feriret libri, periret Augustinus. — 11 subcidit] succidia M, subcidia G, succiderunt Laetus. — gallica e] Müller, gallie F cum aliis, gallee p, galliae GH, gallus b, galli e Laetus, alia e Turnebus. conf. Lachm. ad Lucr. VI, 954. — 12 ferrea tunica] Turnebus, ferream tunicam libri. in F tunicam sic scriptum est ut in litterae nota solito longius absit a linea. ferea iam tunica Lachmann. lorica pro tunicam Ursinus apud Scioppium. — 14 opponeretur] ponebatur Scioppius. — quo vulg. cf. Aug. Müller p. 40. — multum Scioppius. — 16 sacrorum] sacrorum id est Sacri tubicines tubi vocantur Laetus. — 17 varicari Laetus. 'fort. varicare opus sit' Sciopp. in marg. — 18 posset] possit vulg. 'fort. potest' LSp. — bacilla vulg.

arma (115-117)

instrumenta

C118-129

cervi;
Aries
dra
s rut
mens
mens
pusi
lava
to eode
latr
non

Lae
laba
rutu
dica
teler
ai, p
no 7
quod
etiam
o dicta
V, 9
scrips
- ha
lan p
lan v
que
Mall
lan p
tra q
costa
Quo
illo d
qua
inter
'fort.
Al q
trab
tū
nati

cervi; item reliqua fere ab similitudine ut Vineae, Testudo, Aries.

25. Mensam escariam Cillibam appellabant; ea erat qua- § 118
drata ut etiam nunc in castris est; a cibo cilliba dicta; postea (p. 123 Sp.¹)
5 rutunda facta, et quod a nobis media et a Graecis mesa,
mensa dicta potest; nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo
mensa. Trulla a similitudine truae, quae quod magna et haec
pusilla, ut truola; hanc Graeci trullan. Trua qua in culina
lavatrinam aquam fundunt; trua quod travolat ea aqua. Ab
10 eodem est appellatum Truleum; simile enim figura nisi quod (p. 124 Sp.¹)
latius est quod concipiat aquam et quod manubrium cavum
non est nisi in vinario truleo. Accessit Matellio a matula § 119

1 'fort. vinea' LSp. — 3 cillibam] cibillam Rholand., *infra* cibilla Laetus. — erant F V ap. — 4 'a cibo cilliba dicta melius post appellabant ponuntur' LSp. — 5 rutunda facta *corr. ex* rutundę factę F, rutundae factae M. — media] Charisius p. 58 K: mensam sine n littera dictam Varro ait, quod media poneretur, sed autores cum n littera protulerunt, Vergilius saepe. sed et mensam cum n posse dici idem Varro ait, quod et mensa [βρωτὰ] edulia in ea [escolenta] ponerentur. 'hunc in suo Varronis exemplo, nisi memoria eum fefellit, invenisse conicias: et quod a nobis media (ponebatur) et a Graecis, mesa. mensa dici potest etiam quod' LSp. — agreis mesa msa F, μέσα pro mesa Aldus. — 6 dicta] Müller, dici libri. (*conf.* VI, 68 id a θριάμβω potest dictum, V, 96 possunt .. ficta, al.) fort. dicta. potest etiam quod. — 8 truola] scripsi (ut area areola al.), troula libri, truilla LSp, truella Georges. — hanc] LSp, hinc libri. — TRVLLan F, trullā MV, Laetus, trullan p, item G addita lac. duorum verb., om. Hab c, τρυβλιον, nos trullam vulg. ex B. — trua] Müller, truae libri. — quo in culina] scripsi, quae culina in libri (culinae B, e culina Bentinus), qua e culina Müller. — 9 aquam fundunt] in haec verba exit primi quaternionis folium postremum cod. F. secundum qui sequebatur (p. 123—238 ed. Sp.¹) trua quod ... sic enim V, 118—VI, 61) Victorius invenit et scripturam contulit, nunc excissus desideratur, iam Bandinio frustra quaesitus. Quae nunc desunt in F, ea cum Laurent. 51, 5 qui non sine cura ex illo descriptus est, H. Keil composuit (f). eas autem varias lectiones quas Victorius ex deperdito illo quaternione editioni principi adscripsit, littera F indicavimus. — 10 eodem est] 'fort. eadem' LSp. — simile] 'fort. similei' LSp. simile pro nominativo habendum ex more Varr. — 11 quod] quo Müller. — concipiat] F p¹, concipit ceteri. — 12 vinario truleo] Christ, unaria trulla libri, nisi quod tulla f. — 'fort. non nisi ... accessit. Matellio' LSp. — matellio] Aldus, matiolo libri, matiulus B.

- dictus [et fictus] qui posteaquam longius a figura matulae discessit, et ab aqua Aqualis dictus. Vas aquarium vocant Futim quod in triclinio allatam aquam infundebant; quo postea accessit Nanus cum graeco nomine, et cum latino nomine graeca (p. 125 Sp.¹) figura Barbatus. Pelvis pedeluis a pedum lavatione. Candelabrum a candela; ex his enim funiculi ardentes figebantur, Lucerna post inventa, quae dicta a luce aut quod id vocant
- § 120 *λύχνον* Graeci. Vasa in mensa escaria: ubi pulstem aut iurulentum quid ponebant, a capiendo Catinum nominarunt, nisi quod Siculi dicunt *κάτινον* ubi assa ponebant; Magidam aut Langulam alterum a magnitudine, alterum a latitudine finxerunt. Patenas a patulo dixerunt, ut pusillas, quod his libarent (p. 126 Sp.¹) coenam, Patellas. Tryblia et Canistra quod putant esse latina, sunt graeca. *τρίβλιον* enim et *κανόν* [de] graece. reliqua quod aperta sunt, unde sint relinquo. 15
- § 121 26. Mensa vinaria rotunda nominabatur Cilibantum, ut (p. 127 Sp.¹) etiam nunc in castris. id videtur declinatum a graeco. *Κυλίκευμ* a poculo calice. Qui illis [*κύλιξ*], *Capides* et minores

1 dictus et fictus] vel fictus et dictus scrib. putavi, dictus et dictus libri, dictus (om. et dictus) cum Turnebo LSp. — et] om. cum Scioppio LSp, nisi est pro etiam aut supra postea scrib. pro posteaquam. — 2 futim] futum V, Aldus, butim M. — 3 quod] quo vulg. — quo] 'an quoi?' LSp. — 4 nanus] Turnebus, magnus libri, *μάγνος* vulg. ex B. — 5 barbatus Laetus. — pedeluis] Scioppius, pedelavis Aldus, pedenis libri. fort. pelvis ut pedeluis. — 8 licnon MVp, lacuna in fa G. greci licnon Laetus (tacet Victorius). — immensa f G. — 9 quid] quod f. — catinon F G M V p, lacuna in fb c. — 10 magidam] 'fort. magidem vel magida' LSp. Aug. Müller p. 34. — aut] autem G M, autem aut Laetus. conf. Reiter p. 31. — iangulam V p. — 12 patenas] libri quod non mutandum erat, patinas Rholandellus. — quod his] quis Müller. — dixerunt pauillas uero ut his B. — 13 triplia libri, corr. vulg. ex B. — quod] quae cum Aldo LSp. — latina et sunt M, Laetus. — 14 triplion F G M V p, τριπλιον cum lacuna H, f, lacuna in a c. — κανόν] LSp, canunum F, canunum M, cannuun V, cannum p, καν cum lac. H, canastron Laetus, lacun. a f, om. G. — graece] scripsi (ut p. 51, 8) de om., de graeca M, Laetus, nec Victorius ex F mutavit, de graeco V p, graeca ceteri. delet LSp. — sunt graeca. τριβλιον και κανον graeca sunt. reliqua vulg. ex B. — 16 cilibantum a graeco a poculo (sic) f. — 17 nunc] om. B, Laetus, nec Victorius ex F addidit. — cylicenum] scripsi, ciliceo M V p, lacuna in H a c, cyliceo ceteri. — 18 calice qui illis κύλιξ] scripsi, cylice qui illa libri. ceterum conf. § 127. — capides] LSp, capis Tur-

post notineley add
sid' A. qui cetera
note constituit.

Futis = futilis & fundere ; ~ rhythm - artizan. G. J. 7
Nānus : vānos, vānos
Barbatus

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Capit
cap
que
tene
3 public
fuit
magis
sed et
Origo
1 dicit e
vinit
ratione
eum
deum
is apell
agrum
bat
sme
hinc
2 Crat
vasa

x d u
piles
sed e
ver
Lp
M
die
G
li
pr
ha
n
po
li
ha
tae
15
si
chi

Capulae a capiendo, quod ansatae ut prendi possent, id est capi. Harum figuras in vasis sacris ligneas ac fictiles anti-
 quas etiam nunc videmus. Praeterea in poculis erant Pa- § 122
 terae, ab eo quod patent ita dictae. hisce etiam nunc in
 5 publico convivio antiquitatis retinendae causa, cum magistri
 fiunt, potio circumfertur, et in sacrificando deis hoc poculo
 magistratus dat Deo vinum. Pocula a potione, unde Potatio. (p. 128 Sp.¹)
 sed etiam possunt haec a Poto, quod πότος potio graecae.
 Origo potionis Aqua, quod aequa summa. Fons unde fun- § 123
 10 ditur e terra aqua viva, ut fistula, a qua fusus aquae. Vas
 vinarium grandius Sinum ab sinu, quod sinum maiorem ca-
 vationem quam pocula habebat; item dictae Lepestae quae
 etiam nunc in diebus sacris Sabinis vasa vinaria in mensa
 deorum sunt posita; apud antiquos scriptores graecos inveni
 15 appellari poculi genus δειπέσταν; quare vel inde radices in (p. 129 Sp.¹)
 agrum Sabinum et Romanum sunt profectae. Quī vinum da- § 124
 bant ut minutatim funderent, a guttis Guttum appellarunt; qui
 sumebant minutatim, a sumendo Simpulum nominarunt. In
 huiusce locum in conviviis e Graecia successit Epichysis et
 20 Cyathus; in sacrificiis remansit guttus et simpulum. Altera § 125
 vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una columella;

nibus, capit libri. 'fort. a graeco πλικεῖον. pocula, quae in illa, ca-
 pides' LSp (quae in iam Müller). — 1 id est capi] 'delenda esse puto,
 sed conf. § 137: solvunt id est luunt.' LSp. 'quamquam non facile his
 verbis careas quibus deletis absit idem syllabarum sonitus. — 4 patent]
 LSp duce Aldo qui pateant latine scripserat, latini libri, latum latini
 Müller, conf. Ursinus ad Ciaccon. p. 167. — ita] iam p. — dictae]
 dicunt dictae FG, dicunt MB, Laetus. — 5 causa cum] gratia quom
 GH. — 8 sed etiam possunt haec] scripsi, et etiam postea haec possunt
 libri, in quibus varia lectio videtur esse postea (an pote?) et possunt.
 pro postea scripsit repotia Müller coll. VI, 84. 'fort. potatio et repotia.
 haec possunt etiam a πότος' LSp. conf. Reiter p. 9. — potio] libri,
 h. e. πότω. — quod πότος] quod potos libri, quod cum lac. f. — potio]
 poton p. — 9 origo potionis] fort. del. ut marginis nota. — aequal] equa
 libri. — 11 cavationem] Aldus, cautionem libri. — 12 habebat] LSp,
 habebant libri. — dictae lepestae] Müller, dicta flepeste MVfp, dic-
 tae flepestae GH, dicta lepeste Scioppius. — 13 sauinis MVp. —
 15 δειπέσταν H, δειπασταν a, depestatam FG Vp, lacun. f, δειπαστρον Ur-
 sinus ap. Scioppium, λεπαστάν Müller. conf. Pollux X, 75. — 19 epy-
 chis fHV. — 20 sacrificiis] sic f. — 21 uasaria Ffa, uasaria GH, ui-

vocabatur Cartibulum. haec in aedibus ad compluvium apud
 (p. 130 Sp.¹) multos me puero ponebatur et in ea et circum eam aenea
 vasa: a gerendo Cartibulum potest dictum.

§ 126 27. Praeterea erat tertium genus mensae [et] quadratae
 vasorum; vocabatur Urnarium, quod urnas cum aqua positas 5
 ibi potissimum habebant in culina. ab eo etiam nunc ante
 balineum locus ubi poni solebat, Urnarium vocatur. Urnae
 dictae quod urinant in aqua haurienda ut urinator. Urinare

§ 127 est mergi in aquam. Impurro fictum ab urbo, quod ita
 flexum ut redeat sursum versus ut in aratro quod est urvum. 10
 (p. 131 Sp.¹) Calix a caldo, quod in eo calda puls apponebatur et caldum
 eo bibebant. Vas ubi coquebant cibum, ab eo Caccabum ap-
 pellarunt. Veru a versando.

§ 128 28. Ab sedendo appellatae Sedes, Sedile, Solium, Sellae,
 Siliquastrum; deinde ab his Subsellium; ut Subsipere quod 15
 non plane sapit, sic quod non plane erat sella, Subsellium.
 ubi in eiusmodi duo, Bisellium dictum. Arca quod arcebantur
 (p. 132 Sp.¹) fures ab ea clausa. Armarium et Armamentarium ab eadem
 origine, sed declinata aliter.

naria ceteri ex F². — erant f. — columbella libri, columnella Laetus,
 corr. Rholandellus. — 1 a pro ad (ante compl.) fVp, apud GH,
 om. M. — 2 in ea] tina Scaliger, Ursinus ad Ciacconium p. 150. —
 circum eam] Christ, cum ea libri. — 3 cartibulum] cartibum HVapf,
 gertibulum unde cartibulum B, vulg., cartibum unde cartibulum Lae-
 tus, nec Victorius mutavit. — potest] post GHMb, Laetus. — dici a.
 — 4 et] delevi. etiam Scioppius. 'fort. antea intercidit lapideae vel
 simile' LSp. — 5 uocabatur V, uocatur ceteri, vocaturque vulg. ex B,
 vocabaturque Scioppius. 'fort. vocatum, nisi probum est illud voca-
 batur' LSp. — 8 aurienda f. — orinator orinare libri praeter p, in quo
 urinator dicitur intre est mergi; correxit Bentinus. — 9 impurom H,
 impuro M, in puro b, imburum Aldus cum B, impurvom Müller. —
 ab urbo] a bura Ursinus, ab urvo Müller. — 10 ut] Aldus, est ut
 G, est ceteri, om. Laetus. — urvum] B, aruum libri, bura Augu-
 stinus, urbum vulg. — 11 plus apponebatur libri, corr. Laetus. —
 12 cacabum Mp, editi praeter Laetum qui cocubum habet. — 13 veru]
 Aldus, vera libri. — 14 ab] a fG. — solium] Augustinus, souum
 libri, sedum Aldus. — 15 seliquastrum Aldus. — 16 sapit] 'fort.
 subsipere non plane sapere, certe qui, non quod exspectamus' LSp. —
 17 in] 'fort. del.' LSp. — arcentur vulg. ex B, arceantur Scioppius.
 — 18 armamentarium] armamentum M, armentarium p.

Weston (130-135)

... in ...

§ 126 - 27. Præterea ...

§ 127 ...

§ 128 - 25. Ab ...

... in ...

29. Mundus muliebris dictus a munditia. Ornatus quasi § 129
 ab ore natus; hinc enim maxime sumitur quod eam deceat.
 Itaque id paratur speculo. Calamistrum quod his calfactis in
 cinere capillus ornatur. Qui ea ministrabat a cinere Cinerarius
 5 est appellatus. Discerniculum quo discernitur capillus. Pecten
 quod per eum explicatur capillus. Speculum a spiciendo quod (p. 133 Sp. 1)
 ibi se spectant. Vestis a vellis vel ab eo quod vellus lana § 130
 tonsa universa ovis. id dictum quod vellebant. Lana ex lana
 facta. Quod capillum contineret dictum a rete Reticulum; Rete
 10 ab raritudine; item texta fasciola, qua capillum in capite alligarent,
 dictum Capital a capite, quod sacerdotulae in capite etiam nunc solent habere.
 Sic Rica ab ritu, quod Romano ritu sacrificium feminae cum faciunt,
 capita velant. Mitra et reliqua fere in capite postea addita cum vocabulis graecis.
- 15 30. Prius [de] indutui, tum amictui quae sunt, tangam. § 131
 Capitium ab eo quod capit pectus, ut antiqui dicebant, id est (p. 134 Sp. 1)
 comprehendit. Indutui alterum quod subtus, a quo Subucula;
 alterum quod supra, a quo Supparus, nisi id quod item dicunt
 osce. Alterius generis item duo, unum quod foris ac palam,
 20 Palla; alterum quod intus, a quo Intusium, id quod Plautus dicit:

Intusiatam patagiatam caltulam ac crocotulam.

1 mulieris Scioppius. — 2 maxime G. — doceat p, Sciopp. in marg. — 3 id] ob id Laetus, ideo a, quod probat LSp. — speculo] scripsi, speculum libri. — his] is V p, om. GH. — calfactis p, calefactum GH. — 5 est] om. H. — 6 spiciendo libri, corr. Laetus. — 7 se spectant a b, Turnebus, espectant F, exspectant vel expectant alii. — vestis] vestis universa ex inferioribus Christ Philol. XVI p. 461 quod probat Riese XXVII p. 305 et olim LSp XVII p. 298. vestis . . facta ante Prius § 131 ponit Christ. — uellis] h. e. villis libri, quod retinui (conf. Lucil. sat. I, 28 M.), velis Laetus. — vel] Laetus, uela libri. — 8 uellabant libri, corr. Aldus cum B. — lanea (priori loco) Turnebus. — 10 in capital ligarent Groth. — 12 fort. habere sic. rica. — 13 foeminae quom f. — 15 prius deinde utuitum amictui FG Vfp (amictui f), ubi de indutu Laetus, dein indutui Müller. delevi de. — tum] aut MB, Laetus. — sunt tangam] subtangam Laetus, tacet Victorius. — 16 capit] capiat GM Vp. — ut antiqui dicebant id est] LSp, id est ut antiqui dicebant libri. an delenda sunt ut antiqui dicebant? — 17 comprehendit f. — 19 'fort. Oscei' LSp. — 22 caltulum libri, corr. Laetus ex Plaut. Epid. II, 2, 17. — crocotatum f, crocotulam H.

- (p. 135 Sp.¹) Multa post luxuria attulit, quorum vocabula apparet esse graeca
 § 132 ut Asbeston. Amictui dictum quod amictum est, id est circumiectum, a quo etiam quo vestitas se involvunt, Circumiectui appellant, et quod amictui habet purpuram circum, vocant Circumtextum. Antiquissimi amictui Ricinium; id, quod eo utebantur duplici, ab eo quod dimidiam partem retrorsum
 § 133 iaciebant, ab reiciendo Ricinium dictum. Hinc quod facta
